ſit. niſi addat̃ inquantũ ſpiritus ẽ. vel ali
quid tale. Deus ẽ in aïa fideli. vt ſpõſus
in thalamo. Rex in regno. turris i caſtꝛo
magr̃ in ſcholis. fons i oꝛtis. lux in tene/
bꝛis. theſaurus i agro. vinũ i celario. car

bũculis in aur' vel ſicut mãna in archa
ſigillum in charta. medicina in appothe
ca ſicut cithara in conuiuio. imago in ſpe
culo ſicut fructus in arbore. oleum in la
pide. lilium in conualle.

De eternitate dei. Cap. 18.

Sicut deus vbiq̃ ē. ⁊ tamen nullo
loco circũſcribitur vel cõtinetur
ſic eternus eſt. ⁊ tamen nullo tẽpore mẽ
ſuratur. Nõ enim ei cõpetit tẽpus pñs.
nec preteritum. nec futurũ. nam temp⁹
pñs eſſe nõ habet q2 ſemꝑ pertrãſit d9s
autem ſemper manet idẽ. Unde. Hylari
us. Eſſe non accidens deo. ſ3 ſubſiſtens
veritas ⁊ manens cã. Similiter tempus
preteritũ modo non ē nec habet eē ſub
ſiſtens. ſed de d̃o dicitur in pſal. ij. pe. Ip
ſi peribunt. tu autem permanes. Simili
liter tempus futurum non eſt. ſed expec
tatur. deus autem ſemꝑ eſt. vnde mercu
rius. Monas ē alpha ⁊. o. hoc ē quia d̃s
eſt principium ſine principio. ⁊ finis ſine
fine. Cũ. n. ſimplex ſit omnino nõ habet
in ſe principium ꝯtrarietatis qd̃ ē cauſa
corruptionis. qd autẽ ſit eternitas ſecun
dum rẽ. Sciendũ ꝙ proprie dicitur eter
nitas ſine principio. ⁊ ſine fine ⁊ imutabi
litate. ⁊ ſecundũ hoc conuenit eternitas
ſoli diuine nature in qua ē diuturnitas
immenſa. Eternitas vero ſecundũ ethi
mologiã dicitur quaſi extra terminos. q2
termino caret. tã initiali q̃3 finali. ſ3 ſecũ
dũ diffinitionẽ. Boetij. in libro de cõſo:
Eternitas ē interminabilis vite iocũdi-
tas tota ſimul. ⁊ perfecta poſſeſſio. Ad
huius diffinitionis intelligentiã notãdu3
ꝙ in quibuſdã ē terminabilitas ſimplici
ter. q3 ex parte corrũpi poſſũt. ut ſũt ge
nerabilia: ⁊ corruptibilia. ad quorum dif
ferentiam ponitur interminabilis. ⁊ po-
nitur illud ꝑ abnegationẽ. quia ſimplicia
⁊ precipue diuina nullo mõ melius ma-
nifeſtant q̃3 ꝑ remotionẽ. vt ait Dioni-
ſius. Et huius ratõ ē. quia ſimpliciũ ⁊ di
uinorũ eē non põt intelle tus perfecte
cõprehendere. ⁊ ideo ex negationib⁹ eo
rũ que ab ipſis remouent̃ manuducere i-
tellectus ad ea aliqualiter cognoſcenda
Itẽ in quibuſdã interminabilitas eēntie
ſ3 nõ vite ut in corporibus celeſtibuſ ad
quoꝝ differentiã addit̃ vite. De deo ãt
dicit. Aug. ꝙ ſolus hẽt imortalitatẽ. In
omni. n. mutabili natura ubi nulla mors
ē. ſ. ipſa mutatio. q2 facit in ea aliquid nõ
eē quod prius erat. vnde ⁊ homo qñ naſ
citur quodãmõ icipit mori. In quibuſdã
ē interminabilitas vite. ſed tamẽ cũ mi-
ſeria ⁊ infelicitate. vt in demonibus ⁊ dã
natis ad quorũ differentiam additur io-
cunda poſſeſſio. in cuius intellectu eſt io
cunditas felicitatis. quia tũc poſſeſſio ali
cuius rei iocunda dicitur quando ad libi
tum hr̃. In quibuſdã eſt interminabilis
vite poſſeſſio. ſed non tota vt in omibuſ
beatis ante iudicium quorum eſt beati-
tudo ſecũdum ꝑtem anima. ⁊ non corpo
ris. ad quorũ differentiã dicitur tota. q2
totũ eſt quod non ē diminutum vel cui⁹
nihil eſt extra addere. In quibuſdam ē
interminabilis vite poſſeſſio tota. vt in
angelis. beatis ante iudicium. q2 ſecũdũ
totam ſui ſubãm habẽt felicem intermi
nabilem vitam. ſed non ſimul cu3 aliqua
ſit in eis ſucceſſio reuelationum ⁊ gaudi
orũ ad quoru3 dr̃am ponitur ſimul. In
quibuſdã ē interminabilis vite poſſeſſio
tota ſimul. ſ3 tam̃ non ꝑfecta eo mõ quo
diximus perfectũ nullo indigens. ſicut ē
in angelis ⁊ in hõibus beatis poſt iudici
um. ad quorũ differentiam additur ꝑfec
ta. i. nullo indigens ad ſuũ beatũ eē. Pa
tet igitur ex predicta diffinitione ꝙ treſ
ponũtur ibi conditiones que ſũt inſepa
biles ab eternitate increata que deus ē.
ſ. interminabilitas iterminabiliſ vite poſ
ſeſſio. Item inuariabilitas ibi tota ſimul
nihil. n. variabile eſt in deo. ſed totum ſi
mul. Item ſimplicitas ibi perfecta. Illd
enim ſumme ꝑfectũ ē. cui nõ ē poſſibilis
aliqua additio. Per primũ ſeparatur de
us oi corporali. Per. 2. ab omi variabili.
Per. 3. ab oi ꝯpoſito. Ite3 nota ꝙ illud

qđ caret ꝑncipio ⁊ fine dicitur eternum
vt deus cuius eẽ interminatũ ẽ. Sꝫ que
ꝑncipiũ habẽt ⁊ carent fine dicũtur per
petua. vt ãgelus ⁊ homo. Que võ ꝑnci-
piũ ⁊ finẽ hñt dñr tẽporalia. vt sũt corru
ptibilia. sicut uegetabilia. bruta ⁊ sensibi
lia. ⁊ huiusmodi. De incõmutabilitate
dei. Cap. 19.

i Ncõmutabilis est deus ⁊ ĩpmu-
tabilis. qꝛ nõ cadit in eo mot⁹ acci
dẽtalis. s. augmẽtuꝫ. Leo papa. Simpli
ci nature diuinitatis nihil addi. vl' minui
põt. quia semp ẽ qđ ẽ. Item nec diminu
tio. Malach. 3. v. Ego deus ⁊ nõ mutor
Itẽ nec alteratio. Iaco. 3. Apud quẽ nõ
ẽ transmutatio ⁊c̃. Itẽ nec secundũ locũ
mutatio. qꝛ vbiqꝫ pñs est. Jer. viii. Celũ
⁊ terrã ego ĩpleo Immutabilis ãt ẽ. qꝛ
nõ cadit in eo motus substãtialis q est de
nõ eẽ ad esse vt est corp⁹. qa finẽ non hẽ
bit. Illud. n. solũ in nihil ẽ uertibile qđ ẽ
de nihilo factũ. Incõmutabilis ẽ ẽt deus
ex eo ꝙ nõ cadit motus in eo. ex opatiõe
Nã soli deo cõuenit in operatiõe qetum
esse. vñ Boecius. ꝑmo de ꝯso. O q ꝑpe
tua mundũ rõe gubernas. Terrarũ celi
qꝫ sator. qui temp⁹ ab euo Ire iubes. sta
bilisqꝫ manens das cũcta moueri. vnde
qñ deus fecit aliquam rẽ non fit in ipso
deo aliqua mutatio. sed ĩ re circa quã op
atur. Qđ aũt fecit deus ꝑdicare subuer
sionem niniue. ⁊ ꝑdicere mortẽ Ezechie
quorũ neutrum accidit. in talibus nõ mu
tauit ds consilium qđ ab eterno secũ ha
buit. sꝫ sñtiam que respectũ hñt ad ipsa
negocia. qꝛ niniue subuertẽda erat secũ
dum merita. ⁊ ezechias moritur⁹ erat se
cundũ causas inferiores. sꝫ hec nõ posue
rũt necessitatẽ diuine potẽtie. Itẽ tres
distinguunt mot⁹. s. naturalis. voluntari
us. ⁊ violentus. Naturalis quo natural'r
res tendũt ad locũ propriuꝫ. Motus au
tẽ violentus ẽ qñ cogunt res extra locũ
propriũ. sed motus voluntarius ẽ in hoĩ
bus vel ĩ ãgelis. Nã bruta potius natura
liter mouẽtur qñ currũt vel mouẽt. vel
opantur. ⁊ iste motus ẽ medius int natu-
ralẽ ⁊ violentũ. qꝛ parti ẽ naturalis. s. in
quãtũ volũtas ꝯiungit suo actui. sicut cã
suo effectui. ⁊ ꝑtim est violẽtus inqꝫtum
s. mouent mẽbra contra motũ suũ natu-
ralẽ. ꝑꝑ qđ etiã laxant que ex motu na-
turali nõ laxarent. Igr̃ ꝑrio mõ mot⁹ nõ
ẽ in deo. s. naturalis. ⁊ hoc ꝓbat ꝑ quat-
tuor rationes. Pria ẽ. qꝛ oĩs motus ẽ ad
getem. ⁊ ꝑꝑ indigentiã sicut dicit phũs.
iii. ph. sꝫ ds nulli⁹ eget. secũda ẽ cum sit
vbiqꝫ nõ hꝫ necesse de loco ad locũ mo-
ueri. tertia ẽ qꝛ nõ ẽ in eo grauitas vl' le
uitas ꝑꝑ quã sursũ ⁊ deorsuꝫ moueatur.
quarta ẽ ꝙ cum ds in seipso sẽp maneat
nõ hẽt necesse locũ propriũ ⁊ sibi natura
leꝫ ext se querere sicut alie creature. Itẽ
secũdo mõ non mouet. s. motu violẽto. qꝛ
nõ fit ei violentia. Job. ix. Si fortitudo q̃
ritur robustissim⁹ ẽ. Itẽ. tertio mõ ñ mo
uetur. s. motu volũtario. qꝛ in ope nõ la-
xatur vt aĩalia ꝓpterea nr̃a mẽs ẽ instabi
lis. qꝛ mõ ꝓficim⁹. modo deficim⁹. modo
r̃miniscimur. mõ obliuiscimur. mõ volu-
mus. mõ nolum⁹. mõ diffusis cogitationi
bus atqꝫ effectõibus ⁊ ꝯsilijs huc atque
illuc vagamur. ds ãt semp se hẽt equal'r
⁊ imobiliter. Itẽ alius ẽ mot⁹ circularis
ali⁹ rectus. alius obliquus. Circularis est
corporũ superiorꝝ ꝓut firmamẽtuꝫ mo-
uetur secũdũ formã qdem vt dicit phũs
ꝑmo celi. nõ secũdũ substantiaꝫ. hoc ẽ di
cere ꝙ. non mouet ad locũ. sꝫ ĩ loco. Mo
tus ãt rectus sursũ ẽ. vel deorsũ. secũdũ
ꝙ corpora iferiora mouent ꝓpt leuitatẽ
vl' grauitatẽ. Mot⁹ obliquus cõpositus ẽ
ex recto ⁊ circulari. vñ qđ reflectit hẽt
a motu circulari. qđ vero lineãliter ꝓce
dit hẽt a recto. Nullo aũt istorũ modorꝫ
mouetur ds. qꝛ ꝓprietates istorꝝ motuũ
nõ cõueniũt ei. possum⁹ ãt dicere ꝙ isti
mot⁹ dõ ꝯueniũt mistice. vt dicat moueri
motu circulari oĩa regendo ⁊ gubernan
do. Item motu recto bonos remune-
rando. Item motu obliquo malos puniẽ
do. Eodem mõ posset dici ꝙ dus mouet

motu naturali. quo solita. s. bõitate oibus
creaturis ꝓ captu eaꝝ se cõicat. Itẽ mo
tu violento quo peccatores iuste dãnat.
Itẽ motu volũtario quo cũcta in eẽ con
seruat. Sic põt exponi dictũ philosophi
q assignauit motũ a cẽtro. ⁊ ad centrũ. ⁊
circa cẽtrũ. qm̃ ds mouet ad cẽtrũ in in
carnatione ⁊ a cẽtro in ascensione: ⁊ cir
ca cẽtrũ in p̃dicatione ꝑꝑ hec ⁊ his filia
dr̃ in liꝰ sapientie. xi. Spũs sãctus ⁊ mo
bilis ⁊ stabilis est. mobilis q: facit sãctos
mobiles ad bene operandũ ⁊ i bona ꝑfi
cer̃. Stabilis ãt q: dat i bono perseuera
re vel mobilis in via. stabilis i patria. vl'
mobilis in actiuis. stabilis i cõtẽplatiuis
uel mobil' i alijs lcis stabilis i xp̃o. Isa. ii.
Requiescet suꝑ eũ spũs dñi. ⁊c. Sciẽdũ
ꝙ quedã opatões attribuũt deo secũdũ
causalitatẽ ⁊ eẽntiã. ut scire quedã scd̃m
cãlitatẽ. ⁊ nõ eẽntia ut comeder̃ ⁊ curre
re quedã secũdũ eẽntiã ⁊ ñ cãlitatẽ. vt
creare ⁊ iustifi are quedã nec sic nec sic
vt peccare ⁊ mentiri ⁊ huiusmodi.

De simplicitate dei. Ca. 20.

s Implex ẽ deꝰ ⁊ angelꝰ ⁊ aĩa. sȝ dif
ferent. q: i deo idẽ ẽ qd̃ ẽ. ⁊ quo ẽ
⁊ hec ẽ ꝑfecta s plicitas. hec sola icreata
natura hãc sibi vẽdicat simplicitatẽ. vt
nõ aliud ⁊ aliud. alibi. ⁊ alibi. mõ ⁊ mõ in
ueniat. In eo nẽpe qd̃ hẽt. ⁊ qd̃ ẽ: sẽp ⁊
vno mõ ẽ: sȝ angelo ⁊ in aĩa differt qd̃ ẽ
⁊ quo ẽ. ⁊ ideo ẽ ibi quedã alteritas ⁊ cõ
positio. lȝ ibi nõ sit dimẽssio q̃ntitatis. vñ
mercuriꝰ. Insuꝑ celestibꝰ ẽ vnita i cele
stibus alteritas. in subcelestibꝰ plalitas.
Simplex ẽ itaq; dus in eẽntia. q: nihil ei
accñs eẽ põt imo ꝑfecta simplicitas ibi
ẽ cũ nõ sit ibi possibilis additõ. q: qcquid
est in do dus ẽ. vñ Leo papa. Simplicis
diuitatis nature nihil addi. vl' minui põt
q: sẽp ẽ quod ẽ. cui ꝓpriũ ẽ sẽpiternũ eẽ
cui idẽ ẽ viuere ⁊ itelligere verũtñ ml'
tiplex ẽ i donis. Apꝰ ad Cor xii. Alij da
tur sermo sapie ⁊c. Jacobus cor. p̃. Oẽ
da. op. ⁊ oẽ do. p. ⁊c. Nõ. n. i do ẽ cõpositõ
partiũ itegraliũ ut i domo. nec ꝑtiũ potẽ
tialiũ. ut i aĩa. nec gñis ⁊ drãꝝ. ut i spe na
ture materie ⁊ forme. vt incorpibꝰ. nec
coaceruationis vnitatũ. ut in nũero. nec
qd̃ ẽ. ⁊ quo, ẽ vt i angelo. nec substãtie ⁊
accidẽtis: ut i diuiduo. nec corporee sbstã
tie. ⁊ icorporee. vt in hoĩe. De his. Ber
Nõ partibus ꝯsistit ds vt corpus nec af
fectibus distat. vt aĩa. nec formis substat
vt oẽ quod factũ ẽ. Hoc ẽt oñditur rõe:
quia cũ oẽ cõpositũ sit posterius oibꝰ su
is cõponẽtibus. nec p̃mo. principio. s. deo
quicqd sit prius oȝ deũ q ẽ. p̃mũ p̃n. ñ eẽ
cõpositũ. Preterea nullũ cõpositũ ẽ to
tũ suũ eẽ deus igr̃ cũ sit suum esse non
erit cõpositus. vnde. Ber. Non est for
matus deus. forma est. non est effectus
deus omnium efficiens cã est. non est cõ
positus deus. simplex est.

De excellentia dei. Capl'm. 21.

d Iuine dignitatis excellentia tãta
est ꝙ mens de deo cogitãs deficit
Cũ sit. n. ipse inconprehensibilis. Sẽsus
enim non percipit. cuȝ sit inuisibilis. Lin
gua ip̃m non explicat cũ sit ineffabilis lo
cus eũ non capit cũ sit incircũscriptibilis
Scriptura eũ non explicat. cũ sit inesti
mabilis. Tẽpus eum nõ mensurat cũ sit
inmensurabilis virtus eum nõ attingit
cũ sit inaccessibilis desideria ⁊ vota trãs
greditur cũ sit isuꝑabilis. vel inconꝑabi
lis. ⁊ breuiter ois creatura ad deũ com
parata defectũ hȝ: q: finiti ad infinitum
nulla ẽ ꝓportio. Ecce pȝ ꝙ diua excellẽ
tia nullius eget. q: sibi sufficit. qm̃ optim
us ẽ. Nõ. n. indiget corꝑe. ut sic. nec loco
vt alicubi sit. nec tp̃e ut aliqñ sit. nec cã
ut aliunde sit. nec forma vt materia sit.
nec subiecto in quo subsistat. vel cui assi
stat. Sunt ⁊ alia que soli diuine maiesta
ti conueniũt. ⁊ nulli alteri creature in q
bus excellentia sue dignitatis apparet.
sicut est eẽ oĩpotẽtẽ oĩbonũ. oĩscientẽ. q:
cognoscit omia p̃ñtia p̃terita ⁊ futura. ⁊
oia singularia simul actu solus cognoscit
⁊ ea que subsunt libero arbitrio. ⁊ cogita
tões hoĩuȝ, solus cognoscit ꝑ seipsũ. Itẽ

ad ipsum solū pertinet vbiq₃ presentem
eē de nihilo res creare. in istanti operari
in operatione getum esse. mirabilia face
re. ex auctoritate ꝺ qualibet creatura fa
cere quod uult. volūtatez homis cogno/
scere. in ictu oculi mortuos suscitare. es/
sentie hominis illabi peccata dimittere
grām infundere. in igne perpetuo corp⁹
seruare. Quando aliquid creature cō
uenit quod competit creatori. tñ excellē
tius de deo dicitur: vt si in creatura ē po
tentia. in deo sit summa potentia. si sapi
entia. in deo sit summa potētia. ⁊ sic de a
lijs. Unde ⁊ huiusmodi dicūtur de deo i
superlatiuo propt quod deus dicitur po
tentissimus. sapientissimus optimus. pul
cherrimus. ⁊ sic de alijs. Aug. in libro de
trinitate. Oportet deū cuius ē. ⁊ summe
cuncta sentire atq₃ intelligere. nec mori.
nec corrūpi. nec mutari posse. nec corpus
eē. sed spūz oipotentissimum. mitissimū
optimū. beatissimū fateamur pōt ⁊ pret
auctoritatem rō intelligi. siue assignari.
quia bona sunt excellētius in deo q₃ i cre
atura. quis semper ē aliquid nobilius in
causa q₃ in canto. videmus ēt ꝙ aqua pu
rior est in fonte q₃ in riuo. Radij quoq₃
solis lucidiores sunt in ipso sole q₃ in aere
⁊ dulcedo maior est in melle q₃ in molito

De notionibus dei. Cap. 22.

n Otiones dei sunt quinq₃. s. pater
nitas. filiatio processio. innascibili
tas. ⁊ cōis spiratio. Prima est patris. se
cunda filij. tertia spiritus sancti. quarta
patris: quinta patris ⁊ filij. Tres prime
notiones dicuntur personales eo ꝙ ꝑso
nas faciunt. ⁊ eas proprie distinguunt. ⁊
ille sunt tres vnitates trium personarū
quibus persone dicuntur tres. vnꝺ licet
pater plures habeat proprietates. tamē
pater paternitate tantum vnus est. indi
uisus est in se. ⁊ diuisus ab alijs. Innasci/
bilitas autem est in patre. ⁊ sumitur pri
uatiue. eo ꝙ pater sit a nullo ⁊ tamen pa
ter significat distinctionem personalez
sicut ouis non signata per hoc ipsum di
stinguitur a signatis. Similiter cōis spi
ratio est vna notio. ⁊ illa vnitas est idem
in patre ⁊ filio. ⁊ est distincta ab omni a/
lia notione. Notandum igitur ꝙ pro
prie loquendo tres sūt proprietates per
sonales. s. paternitas. filiatio. ⁊ processio.
quia personalis proprietas est que vni so
li persone conuenit ⁊ eam ab omni alia
re destinguit. Relationes uero sūt quat
tuor. quia vna est patris ad filium. s. patē
nitas. alia filij ad patrem. s. filiatio. tertia
est patris ⁊ filij ad spiritum sanctum. s.
cōis spiratio: quarta spiritus sancti ad pa
trem ⁊ filium. s. processio. Notiones au
tem sunt quinq₃: quia quelibet relatio ē
notio. ⁊ preterea innascibilitas que patri
conuenit per priuationē relationis ad ali
quid principium non est relatio. Notiōes
habent multa nomia. dicuntur enim no/
tiones. quia notificāt personas dicuntur
etiam distinctiones. quia ꝑsonas distin/
guunt. dicūtur relationes. quia persone
per eas ad se inuicem referuntur. dicunt
quoq₃ proprietates. quia proprie ꝑsonis
insunt. Nota regulas notionū. nulla no
tio de alia predicatur. Itē quelibet notio
est essentia diuina que est deus. Itez om
nes notiones sunt vna essentia. Itez nul
la notio inest diuine essētie que distiguit
nec distinguitur. Itē notiones sūpte ab
stractiue predicantur ꝺ essentia sed sum
pte concretiue. non vnde bene dicitur es
sentia est paternitas. sed non dicitur es/
sentia generans. Item notio semper im
portat dignitatem. Item sumpta notio
ne non ponit persona. quia aliqd conue/
nit notioni ꝙ nō ꝯuenit ꝑsone Notōi. n. ꝯ
uenit proprie distinguere. sed persone
distingui.

De nominibus diuinis. C. 23.

Omne nomen qꝺ de deo dr̄. aut eēn
tiale. aut ꝑsonale. aut noiale ē. Essē
tialium quedā sunt substantiua. ut ꝺs cre
ator ⁊ similia. quedā uero adiectiua. ut bo
nus. eternus. imensus. ⁊ huiusmōi. Per
sonalia sūt. ut pater. filius. ⁊ spūs sāctus
Notionalia sūt vt pr̄nitas. filiatio. inasci

bilitas.⁊ ſpiratio cõis. De his notandū
eſt ꝙ nomẽ ſubãle. vel eẽntiale ſubſtm̃ ⁊
abſtractū nullo mõ põt trahi ad ſuppo
nẽdū ꝓ perſõa. vnde falſe ſūt hec. Eſſẽ
tia genuit eſſentiã. vel diuinitas genuit
diuinitatẽ. Actus.n. gñationis ſẽper po
nendus eſt i cõcreto. Sꝫ ꝯcreta lꝫ ſint eſ
ſentialia trahi tñ poſſūt ad ſupponendū
ꝓ perſona.⁊ hec per ṽba notõalia. vel
per ꝓpoſitiones notionales. vñ vere ſūt
he. dꝯs genuit deū. creator creatorẽ. vel
dꝯs de deo. Silr̃ ꝺ noibus que media ſẽt
vt lumen ꝺ lumie. Itē hoc nomẽ ſapia
lꝫ ſit abſtractū. vt ſapia ꝺ ſapia. Eſſẽtia
liū ãt adiecti'uoꝝ quedã predicãt purẽ di
uinã ſubãm: ut bonꝯ.⁊ ens quedã eẽntiã
diuinã cõnotando ꝑuationeꝫ ꝑncipij ⁊ fi
nis. vt eternus. vel certe menſure local'
vt immẽſꝯ. quedã ꝑncipaliter ſignificãt
eſſentiã diuinã ⁊ connotant effectū i cre
atura actu vt creat. iuſtificat. vel in hitu
vt iuſtus ⁊ miſericors vel i potentia. ut
oipotens. Sūt quedã verba quoꝝ nec ſi
gnificatio. nec modus ſignificandi ꝺo cõ
uenit ut currere ⁊ ãbulare. nã modus eſt
varia inclinatio ai varios eius affectus
ꝺmonſtrãs. Modꝯ ſignificandi nihil ali
ud eſt q̃ꝫ diſpõ vocis que ꝯſtituit intelle
ctū ſub tali modo intelligẽdi.⁊ ꝑ ꝯñs ip
ſã rẽ. cū ego de deo dr̃ ambulare vel cur
rere.⁊ huiuſmodi ſignificatio hoꝝ ꝓut
ſunt actu deo non ꝯuenit. Modus ãt ſi
gnificandi ꝗ quedã iportat iperfectionẽ
dico quo ad motū. ꝗ qdem motus neceſ
ſitatis deo cõuenire abſonū eſt. Quedã
ſunt quoꝝ ſignificatio deo conuenit: ſed
nõ modus ſignificandi vt creare facere
quedã quoꝝ ſignificatio ẽt deo conuenit
vt pꝫ in hoc ṽbo Exo. Qui ẽ miſit me
ad vos. Et notandū ꝙ oia que ſūt perfe
ctionis ꝺ deo dñr que ãt ſunt iperfectio
nis non ꝺ ñr. Cuꝫ dñr aut ſecūdū aſſūp
tioneꝫ hũane nature. vel trãſlatiue dñr
Itẽ in diuinis tm̃ ſunt duo modi ꝑdican
di. ſ. per modū ſubſtãtie.⁊ per modū rla
tionis: ſed ſubã ꝯtinet vnitatẽ ⁊ relatio

multiplicat trinitatẽ. Quedã noia que
de deo dñr eternaliter. ut dñs ⁊ miſeri
cors que cõnotant effectum in creatura
ſcdm̃ hitum. Quedã ṽo tẽporaliter. vt
dñator.⁊ miſerator que cõnotãt effectuꝫ
in creatura ſecūdū actū. Quedã pl'alit.
ut perſone. Quedã ſingulariter. ut deꝯ.
Quedã ꝓpe ut proprietates perſonaꝝ
Quedã appropate. ut potentia ſapiẽtia.
Quedã poſitiue vt iuſtus. Quedã ꝑua
tiue ut imortalis.⁊ hec magis ꝓpe dñr
de deo q̃ꝫ poſitiua. qꝛ melius dr̃ ꝺ deo qd
nõ ſit. q̃ꝫ qd ſit. Quedã trãſlatiue ſūt. ut
agnus leo. que ſymbolice de ꝺo dñr. Du
plex eſt.n. theologia ſymbolica vꝫ.⁊ my
ſtica. Symbolica noiat deū ab inferiori
Myſtica a ſuperiori. Simbolica noiat ꝺ
um ꝑ conuenientiã reꝝ. cuꝫ dr̃ leo. agnꝯ
⁊ huiuſmodi. Miſtica vero. i. occulta no
minat deū ꝑ hoc ꝙ in occulto de ipſo ſẽ
tit per intellectualẽ viſionẽ ſiue ꝯtẽpla
tionẽ. ut qñ nominat deū ſuauem. dulcẽ
dilectuꝫ.⁊ hꝯmõi. Utrobiqꝫ tñ per crea
turas nominat̃. ſꝫ in ſimbolica ꝑ exterio
res. in myſtica ꝑ interiores ⁊ digniores
affectus quos anima ſupra ſe. recipit. ⁊
ita imponit ꝑ donū ſapientie. hꝯmõi ꝓ
priū experimentū ẽ cognoſcere qualis
ſit deus. Quedã dñr collectiue. ut trini
tas trinus. Quedã relatiue. vt equalis
ſimilis. Quedã reſpectiue ad creaturas
ut creator refugiū. Et hec noia nõ dicūt
relationẽ dei ad aliud. ſed alia hñt rela
tionẽ ad ipſū vel ad ipſa. Duo ſūt ꝑnci
palia noia dei. ſ. q eſt.⁊ bonum. Per pri
mū ſignificat̃ dei eſſe abſolutū in ſe.⁊ ſic
cõſideratur. ut inf nitū. ꝑ. ſcdꝫ notat̃ eẽ
diuinū. ut cã fecit. n. deus oia ꝑꝑ bonita
tẽ ſuã. In teologia ſupponit̃ qꝺ.⁊ hoc ꝑꝑ
nois eẽntialia. ut deus diuinitas poten
tia. eſſentia natura. Itẽ ſupponit̃ qs ꝓ
perſona. ſupponit̃ que ꝓ notione. Pre
terea per neutrū genus dr̃ ſubã diuina
ꝑ maſculinū perſona. ꝑ femeninū notio.
⁊ ꝑ hoc pꝫ ꝙ ñ dꝫ cãtari i hymno. vnus
prĩ cū filio. qꝛ pr̃ ⁊ filius nõ ſunt vnus in

ꝑsona. ſed vnū in ſubā. vnde magis can
tan um eſt. vnum patri cum filio.

Qd̄ deus eſt ineffabilis.

Cap 24.

n Ichil digne vel ꝓpe de deo di/
ci pōt pp̄ eius excellētiaȝ. non. n.
noīa ꝓprie de deo loqmur q꞉ nomīa ſi
gnificant ſubāȝ cū qualitate. ⁊ ita itelligi
tur ibi cōpoſitio forme cū materia que in
deo nō eſt. nec ꝑ ꝓnoīa. q꞉ de deo dicta
cadunt a demōſtratione. nō. n. pōt eē ibi
demonſtratio ad ſenſū. cū ſit incorpore⁹
nec demōſtratio ad itellectū. cuȝ ſit ico/
gnoſcibilis. Si ergo dicis ꝙ huiuſmōi ꝓ
noīa ſecūdnȝ Priſcianū cadūt a demon
ſtratōe caſſa erūt ⁊ vana. Dicendū ē ꝙ
ibi eſt demōſtratio ad fidē. nec ꝑ verba
que cū modis ⁊ formis. cū tēpore ſine ca
ſu agēdi vel patiendi significantia ſī. ſed
talia non cadūt in deuȝ. neqȝ ꝑ participia
que ſequūtur naturam noīs ⁊ v̄bi. nec ꝑ
alias ꝑtes orōnes que non ſunt ſubicibi
les uel p̄dicabiles. Ex hiſ pȝ ꝙ deū n̄ poſ
ſumus notificare ꝑ diffinitioneȝ. ſȝ quali
tercūqȝ ꝑ circūlocutionem. vn̄ Ber. qd
eſt deus? ex quo oīa ꝑ queȝ oīa. in quo oīa
Quid ē d̄s? quo nihil melius cogitari po
teſt. Quid ē d̄s? voluntas oīpotēs. bēiuo
lētiſſima v̄tus. lumen eternū. incōmuta/
bilis rō. ſūma beatitudo. iuiſibilis. inacceſ
ſibilis i ſe. in ſuis ſpectabilis. ⁊ ſol⁹ mira
bilis. Multis modis aſſeritur aliqd d̄ d̄o
Primo ꝑ naturaleȝ rōem, que dictat ꝙ
vn⁹ d̄s ē remunerator bonoꝝ. ⁊ punitor
maloꝝ. ſcd̄o per fidē qua dicimus deum
vnū eſſe in ſubā. ⁊ trinū in perſonis. tertio
per ſacrā ſcripturaȝ. quarto ꝑ rōnes ꝓ
babiles. 5. per exteriores opiones. vel p̄
dicationes. Sȝ in his duobuſ mōis nō ē
intendū. niſi firmitatem hēat ab aliq⁹ p̄
dictorū triuȝ. Eſt. n. regula ꝙ qcunqȝ aſ
ſerit aliqd de deo qd̄ non eſt ſibi certum
ꝑ naturalem rōem. vel ꝑ fidem. vel ꝑ ſa
cram ſcripturam p̄ſumit ⁊ peccat.

De ideis ⁊ libro vite. Cap. 25.

i Dee reꝝ ⁊ exēplar ⁊ rationes ſic i
deo ſunt ꝙ idea iportat cām effici
entē conformē effectui. ſed exēplar cām
formalē. ratio vero cām finalē. Deus. n.
oīum rerū eſt p̄ncipiū a quo ſūt forma ⁊
exēplar. ad cui⁹ imitationē ſūt. ⁊ finis ad
quē ſunt. Hec tria ſic a ſe differūt ꝙ exē
plar vnū eſt. cauſata exēplar cōnotat cā
litateȝ. q꞉ v̄o in cā ſunt vn̄ ſcd̄ȝ rōnes ⁊
idee ſūt plures. q꞉ iſta reſpectu rerū di/
cuntur. Sūt itaqȝ plures idee que cōno
tāt cognitionē. Cognoſcibilia āt diſtigu
untur in cognoſcēte. Similiter ⁊ rōnes
in deo plures ſūt. q꞉ ſingula, cāta ſunt ꝓ
ꝓpriis rōnibus. Abſurdū eni eſt dicere. vt
ait Aug. equū creatum eſſe ea ratione
qua hoīem. Sciendū autē eſt ꝙ duplex
eſt pluralitas. vna quidem eſt reꝝ. ⁊ ſecū
dū hoc nō ſunt plures idee. ſiue exēpla/
ria, i deo. imo vna res ē que oīuȝ ē exem
plar. ſ. eſſētia diuina quā oīa imitāt. inqȝ
tum bōa ſūt. Alia v̄o ē ſcd̄ȝ itelligentie
rōem ⁊ ſcd̄m hoc plures idee ſī i deo. q꞉
. n. oīs res inqȝtū ſī diuinā imitāt eſſētiā
ꝑ ut ē imitabilis. n̄ tn̄ vno mō. ſȝ diuerſi
mode ⁊ ſcd̄ȝ diuerſos gradus. Sic igr̄ di
uina eēntia ſcd̄ȝ ꝙ ē imitabilī hoc mō ab
hac creata ē ꝓpa rō hui⁹ creature. ⁊ ſilr
de aliis. vn̄ ſcd̄ȝ hoc pl'es idee i deo ſunt
quia intelligitur diuina eſſentia diuer
ſos reſpect⁹ quos res hn̄t ad ipſā eā imi
tātes diuerſimode. h⁹ āt nō ſolum itelli/
gūtur ab itellectu creato. ſȝ ēt ab increa
to ipſi⁹ dei. Scit. n. de⁹. ⁊ ab eterno ſciuit
ꝙ diuerſe creature diuerſimode ipſi⁹ eſ
ſentiā eēnt imitaře. ⁊ ſecūdū hoc ab eter
no fuerūt i mente dina plures idee ſecū
dū ꝙ intelligunť. ſicut rōnes proprie re
rū itellecte in deo. hoc . n. importat nom̄
idee vt ſit. ſ. quedā forma intellecta ab a
gente. ad cuius exēplum exitus opus ꝓ
ducere intēdit. Dicendū eſt ergo ꝙ lȝ rō
nes i deo. ⁊ idee ſint vna v̄tus ⁊ vna lux
⁊ eēntia. dn̄r tn̄ plures rōeſ ⁊ idee pp̄ plu
ralitatē ideatorū. cuius exemplum hēs i
naturis. Videmus enim ꝙ omnes linee
circuli vniunť in cētro remote aūt a cē
tro differunt ab inuicē. Itē idee ſunt. ut
dicit Aug. forme p̄ncipales rerum que

diuina intelligentia cōtinētur. Dicēduz
est igr̄ q̄ sicut in mente artificis prius est
forma rei q̄ȝ opus exeat. sic idee rerū añ
mūdi cōstitutionē in mente creatoris e/
rant. Non. n. aliqd extra se aspiciebat se
cūdū q̄ mundū faceret. Ex hoc pȝ quod
oīs creatura prius in deo existit q̄ȝ in se
ipsa vnde cū ab ipso p creationē proces
sit ab ipso quodāmō distarī cepit. vñ rōa
lis creatura ad ipm redire debet cui pri
mo coniuncta fuit añ q̄ȝ eēt. ꝛ hoc pide/
as que nō aliud q̄ȝ ipse deus sūt ꝛ erunt
sic aūt ad locū vñ exeūt fluia reuertūt.
Res prout sī i dō dñr uita que iportat
rōem boni. Jo. p̄mo. Quod factū ē i ip/
so vita erat dicūtur ēt lux que importat
rōem Ṽi. Aug. sup ge. Creature i deo sī
lux. hec iō dñr. q̄ꝛ in deo ñ sūt mala neqȝ
falsa. Differentia ē inter exēplar. ꝛ librū
uite. ꝛ speculū. Exēplar nāqȝ dñr respcū
rerū vt exeūtiū. Lib vite rspū rerū ut r̄
deūtiū. Sȝ speculū respcū rerū ut eūtiū
De libro vite dicit. vgo de scō vic. q̄ li
ber uite est cuius origo' eťna incorrup
tibilis eēntia cognitio vera. scriptura in
delebilis inspectio desiderabilis. doctri
na facilis scia dulcis profūditas pscru
tabilis. Ṽba innumerabilia tñ vnū Ṽbū
oīa. Aia Ṽo moralr̄ loquēdo mltiplr̄ ē i
deo. s. sicut ramus i arbore. apis i flore.
nauis i littore. fessꝰ i thalamo. thesaurꝰ i
agro. scriptura i libro. auicula i nido. pis
cis i riuo quelȝ res in sibi pprio. stella i
firmamēto. imago i speculo. cera i sigil
lo. gemma in auro. mel in fauo.

De appropatis diuis psonis. Cap. 26.

q Uāuis oīa eēntialia oībus persōis
equaliter cōueniāt appropāť tam
pr̄i potētia. filio sapia. spūi scō bōitas. ꝛ
hoc pp exclusionē carnalis intellectus.
ne vȝ pr̄ rōe antiqtatis credať ipotēs fi
lius rōe iuuētut credať insipiēs. spūs sā
ctus rōe ipetuositat credať crudelis hec
rō pertiet ad simplices. s. q̄ potētia na
turaliter precedit sapiaȝ. ꝛ vtrāqȝ bonā
uolūtatē. De attribut itaqȝ ē loq dupr
aut secūdū rē. ꝛ sic oīo idē sūt nec aprop
antur. aut secūdū rōeȝ. ꝛ sic eorū quedā
appropātur. quedā nō. nā appropatio ni
hil aliud ē q̄ȝ spālis attributio rōe alicꝰ
cōformitatis cū pprio alicuius psone. si
cut potētia hȝ silitudinē cū pr̄e q ē pri/
muȝ vniuersale ꝛ sapia cū Ṽbo. ꝛ boni
tas cū amore. Predictā appropationeȝ
hēt cōsuetudo scripturarū que opa ma
nifestatiue potētie attribuit pr̄i. sapie fi
lio. bonitatis spūi scō. Alia ē appropatio
Hylarii. Eternitas in pr̄e q nō hēt pnci
piū iceptionis i se. nec pricipiū essēdi ab
alio. Spēs i imagine. i. i Ṽbo. q̄ꝛ sūme pul
chrū. vsus i munere. hoc ē i spū scō. q̄ꝛ
sūme pficuū ꝛ cōicatiuū ē. Jstud p alia
verba sic isinuat. Aug. in pr̄e vnitas in
filio equalitas. i spū scō equalitatisqȝ cō
cordia. Conuenit āt pr̄i vnitas. q̄ꝛ sicut
vnitas a nullo descendit. ꝛ oīs plalitas
ab ea defluit. sic deus pr̄ a nullo ē ꝛ alie
psone ab ipso sūt. Preterea sicut vni
tas de se gignit vnitatē. ita de se pr̄ gig
nit alterū se. i. filiū. Jn filio Ṽo dr̄ eē eq
litas quo equatur pr̄i. nō solū i potētia.
sapia. ꝛ bōitate. sȝ ēt i hoc q̄ꝛ sicut pr̄ dat
suā bonitatē alteri psone. sic ꝛ filius. Jn
spū scō aūt ē vnitas. equalitatisqȝ cōcor
dia. seu cōnexio. q̄ꝛ ē amor āborū. i. pr̄is ꝛ
filij. itē quarta appropatio ē q̄ i pr̄e ē rō
principādi ꝛ origināndi. q̄ꝛ sūme pricipiū
Jn filio vero rō exēplādi qa sūme pul
chrū. sed in spū sancto rō faciēdi. q̄ꝛ sū
me bonum. De potentia dei Cap. 27

p Otētia dei duplex ē. s. absoluta.
ꝛ ordinata. Multa Ṽo pōt. p̄mo.
mō. que nō pōt. scdo mō q̄ꝛ multa subsūt
sue potētie que nō cōueniūt sibi. ut face
re mala possȝ tñ ea cōgruētia. ꝛ sic possȝ
ea facere. Deus pr̄ oīa pōt oībus mōis.
q̄ꝛ pōt pducere de nō eē i eē. ꝛ hoc p cre
atōnē. Jtem pōt ex icōpleto cōpletuȝ fa
cere. ꝛ hoc p propagationē. Jteȝ potest
mutare vnū cōpletum in aliud comple
tū sicut pȝ itrāsubstātiationē panis i cor
pus xpi. De talibus dicit Aug. Deus do

aliqd posse.⁊ nos itelligere nõ posse. Po
tētia di apparet in mūdi initio.medio.ac
fine. In pncipio qdē qꝛ res creauit de ni
hilo. In medio āt qꝛ res ne i nihilo ↄ̄stan
tur sua potētia cōtinet. In fine vero. qꝛ
mortuos mira celaritate suscitabit. Ap/
paret quoqꝫ potētia dei i rebus spūalibꝰ
qꝛ cū diabolus ptātē hēat in nobꝫ immu
tādi sensū ⁊ fantasiā.āgelus āt hēt ptātē
sup hoc ⁊ sr̄ intellectū. Solꝰ āt ds nō so
lū hēt ptātem sr̄ tria pdicta.sꝫ ēt pōt mu
tare voluntatē. Aug.dicit qꝛ ds nos pue
nit vt vellimus.⁊ subseqtur ne frustra uel
limus.sꝫ ds sit oipotēs.tn̄ non attribuū
tur ei actus culpabiles. vt mētiri ⁊ male
uelle.nec pēales.ut metuer̄ ⁊ dolore.nec
corpales.ut comedere ⁊ dormire.nisi for
te transūptiue.nec actus incōueniētes q
pn̄t eē triplr̄.pzio si aliqs actus ↄ̄tradicit
die potentie.ut ē facere maiorē se. 2° si
cōtradicit eius ↄ̄itati. vt ē facere aliqd si
mul eē ⁊ non eē. vel q̄ pteritū sit futuꝝ.
3tio si cōtradicit eius bonitati. vt dānare
Petrū.⁊ saluar̄ Iudā. De his Anselmꝰ
Qōlibet incōueniēs ⁊ minimū ipossibile
ē apud deū. Horū āt hec est rō.qꝛ poten
tia dei cū sit perfectissima.nec ē de nihi
lo.nec ē sub aliquo.vn̄ non pōt deficere
peccādo.nec succūbere patiēdo nec ege
re subsidiū in aliqbus querēdo.ac p hoc
nec culpabilia.nec penalia. nec materia
lia pōt. Dicendū quoqꝫ q̄ ds pōt omia
per se.uel p creaturaꝫ illa dico oia posse
que sr̄ potentie.hoc anteꝫ iō dr̄.qꝛ posse
peccare nō ē potētie. sꝫ infirmitat̄. deo
āt cōpetit perfectū posse.⁊ pfectuꝫ diui
nū.de quo Dio. Dānatio ē nō peiore ex
cessus.tm̄ sꝫ oium pul.⁊ bo. oimoda ⁊ p
fecta posse sn̄o.firma ⁊ nō valens cadere
fortitudo. Notāduꝫ ergo q̄ quedā opa
tiones attribuūtur deo secūdū cālitateꝫ
⁊ nō secundn̄ eēntiaꝫ.vt comedere. cur/
rere quedā secundū essentiā.⁊ non secū
dū cālitateꝫ. vt iustificare.creare quedā
nec sic.nec sic ut peccare.

De ↄ̄tute miraculorū. Cap.xxvii.

Qoniā per diuinam potentiā fiunt
miracula.iō de miraculis ē agendū
Aug.aūt illud vocat miraculū qcqd ar/
duū.aut insolitū supra spem vl' facultatē
admirantis apparet. Ad hoc q̄ aliqd fit
miraculū quattuor requirūt̄ vel concur
rūt.pmū ē q̄ sit a deo.secūdū q̄ fit pt̄ na
turā.tertiū q̄ sit euidēs.quartū q̄ sit ad
fidei corroborationem vn̄ si aliqd istorū
quattuor defuerit mirū dici pōt nō mira
culū. Nota q̄ quedā sr̄ supra naturam.
quedam contra naturam. quedam pre/
ter naturam. Supra naturam sunt illa
quibus non est sile in natura.nec in po/
tentia nature sicut ē virginē pere. Con
tra naturā sunt que fiūt usu ↄ̄trario na
ture.tn̄ termināṫur ad cōformitatē natu
re.sicut ē ceci illuminatio.sꝫ preter natu
rā sunt que fiūt ordine sili nature. nō tn̄
p pricipiū nature. vt in mutatione ↄ̄gaꝝ
in serpētes.qꝛ illud potuisset fieri ordie
nature p longā putrefactionē.vt pꝫ per
ea que fiunt secundū rōes seinales. ↄ̄uꝫ
tn̄ qꝛ non fuit: Res qn̄ꝫ producit̄ ab agē
te sili successiue.hoc attribuit̄ nature. ⁊
dr̄ naturale.qn̄qꝫ producit̄ ab agente dis
sili in istanti.⁊ hoc attribuit̄ deo.⁊ dr̄ mi
raculū. Sciendū q̄ qn̄qꝫ potentia aie ⁊
eius actus ē naturalis.sicut visus ⁊ vide
re qn̄qꝫ potētia ē miraculosa.⁊ actus eius
naturalis.vt qn̄ cecus illuminatus videt
quādoqꝫ vtrūqꝫ est miraculosū. vt partꝰ
virginis. Nota q̄ miracula vl' mira fiūt
quādoqꝫ in ente. vt statio solis.⁊ eius re
trocessio. qn̄qꝫ fiunt i vegetabili: sic quā
do virga Aaron floruit. qn̄qꝫ in sensibili
sicut fuit in locutōe asine Balaam: qn̄qꝫ
in rationali. sicut fuit in ābulatōe claudo
rū. auditione surdoꝝ. suscitatōne mortuo
rū i partu ↄ̄ginis. Ut āt scimus qn̄ aliqd
miraculū fit. Nota differentiā int̄ ratōes
causales. seminales.⁊ naturales.qꝛ ratio
causal' ē potentia passiua creature absqꝫ
oi dispositione nature. vt solūmodo dꝰs
ex ea faciat qd vult. sicut fuit in partu ↄ̄
ginis.⁊ in talibus simplr̄ est miraculum

Ratio āt seīalis ē potentia passiua naē sȝ cū dispositione remota sicut fuit.i vir gis de q̄bus facti sunt serpētes.ꝛ hoc factum fuit i instāti.natura āt fecissȝ idē.sȝ non nisi paulati p longā putrefactionēȝ. vñ pȝ ꝙ ea que fiūt secūdū rationes seīnales.ptim sūt naturalia.ptim miraculosa. Ratio natalis ē potētia cū dispōne ppinqua.sicut pȝ in materia qñ ē in vltia sui dispōne.vt formā recipiat.ꝛ secūduȝ hūc modū ē ratio naturalis i grano seiato ad productionē segetꝭ ꝛ hoc ē miraculū. De scia dei. Cap.29.

Scit deus oia pñtialiter ꝛ simul pfecte quoqȝ ꝛ immutabilit̄.pñtialiter dico.hoc ē ita limpide.ac si cūcta essent presētialiter existentia.Simlr̄ ēt scit oia q2 uidēdo se.q sibi pñs est oia uidet. Perfecte quoqȝ.q2 cognitio eius nec potest augeri nec minui.Scit ꝛ imutabilitē q2 noscit oia p naturā sui intellectus q ē imutabil̄.Dicendū ergo ꝙ ds̄ cognoscit tpalia eternalit̄.mutabilia imutabiliter. contingētia ifallibilit̄.futura pñtialiter. depēdētia i ōpēdent creata i create.Alia vo a se.in se.ꝛ p se. Nota dr̄am int̄ sciaȝ dei.xpi.angeli.ꝛ hois.q2 deus scit oia sic uidet.n.multa in vno.i.a.se ipo.vñ in visione dei nō differt id qd̄ uidet.ꝛ p qd̄ uidet.sic in hoie q videt p oculū.q2 videt se p.se.ꝛ in se videt oia.xp̄s āt scdȝ ꝙ hō scit oia que scit ds̄ scia uisionis.lȝ non ita limpide sicut ds̄. Angelus vo deiformē hēt intellectum cum deo.i.illa que scit simul actu ꝛ scia visionis.sicut ds̄.lȝ nesciat oia que scit dus.sȝ hō vnū solū scit actu.q2 lȝ videat multa.illa tñ non videt vno actu videndi.sȝ multis.i.p multas rerȝ silitudines: Sapia dei lȝ in se ipsa ñ diuersificet̄.diuersa tñ fortit̄ noia. Inqȝtum.n.sapia dei cognosciua ē passibiliū dr̄ scientia.siue cognitio. Itē inqȝtū ē cognoscitia oium que fiūt in mūdo dr̄ eē uisio.inqȝtum ē cognosciua eoꝝ que bñ fiunt vr̄ approbatio.inquātuȝ ē cognosciua futuroꝝ dicitur puisio.iquantū est cognosciua eorū que ab ipso do facieda sic dicitur dispō.inquantū est cognosciua pmiandoꝝ dr̄ pdestinatio:inqȝtuȝ ē cognosciua dānandoꝝ dr̄ reprobatio.cognitio dia cuȝ sit pfcissima oia cognoscit distinctissime sub oibus ꝯditionibus quas res habent.ꝛ pp. hoc futura scit futura presentia.ꝛ bona approbāda.malaqȝ reprobāda. Si āt scire volueris qualit̄ ds̄ cognoscit mala. Notandū ꝙ ꝯtingit aliqd cognosci dupl̄r.aut p spēm propriā. aut p spem alienā. Primo mō puatio. Itē pmo modo cognoscit lu.secundo mō tenebre.Eodē mō qd̄ ē ꝙ pmo mō cognoscit bonuȝ.2o mō maluȝ.s.p spēm oppositi habitus. Nihil.n.ē maluȝ.nisi boni puatio.vñ dō ē ꝙ deus cognoscit bonū.p unicū mediū.s.p propriā essentiā.mala aūt p duplex mediū.nā p essentiā suaȝ cognoscit habitū oppōitū malitie.ꝛ illo habitu mediāte.ut ē in ipo deo cognoscente cognoscit defectū eius.ꝛ iō dr̄ mala a lōge cognosceꝛ:vñ psal̄.Et alta a longe cognoscit.i.male.

De pdestinatione. Cap.30.

Predestinatiōis diffinitionis assignant ab Aug.quattuor. Prima est. Predistinatio ē prescia bñficiorum dei.scda ē. Predestinatio ē alicꝰ ad gloriā preordinatio.tertia ē. Predestinatio est ꝓpositū miserendi.quarta ē. Predestinatio ē pparatio grē in pñti.ꝛ glorie i futuro. In.prima diffinitiōe notat dia cognitio.in scda electio.in. tia volūtas.i quarta directio i finē. Predestinationis cā efficiēs ds̄ est qȝtum ad effectus notatos in noie pdestinatiōis. Materialis āt cā est illa q pdestinat̄.sed formalis ē modus vel ordo pdestinatiōis.q2 pmo datur grā.ꝛ opus hoc glia Cā final̄ ē vt scimꝰ sci ꝛ imaculati i cōspectu di. Nota drāȝ int̄ hec que pōit. Paulus apl's.s.vocatōnem.iustificationē.pdestinationeȝ.ꝛ magnificationē.Uocatio.n.retrahit a malo Iustificatio r̄spicit initiale bonū grē.predestinatio respicit grē bonū finale.Ma

gnificatio vero ē bonū glorie future. uel dicas ꝙ predestinatio ꝑ grām gloriā ꝑ parat. Uocatio grām offert. Iustificatio illā cōfert. sed magnificatio ꝑ grām gloriam multiplicat. Sciendū ꝙ duplex ē actio in diuinis: sicut in naturalibꝰ. Una ponit aliqd i rē extra ut calor ignis. Alia nō ut visio ⁊ sic visio in diuinis ē duplex actio. Alia vero. vt predestinatio. que nō infert rebus necessitatē. sicut verbi grā Deus scit si iste sit comesturus hodie. ul' nō nihilominus iste hȝ ptātē comedēdi. ⁊ manuȝ ad os porrigendi. q2 si predestinatio rebus necessitatē iponeret multa sequerent̄ incōuenienti. nā frustra ꝓponerent̄ bonis p̄mia. ⁊ malis supplicia. Itē iniuste remunerarēt̄ boni. ⁊ punirentur mali. Itē malorū nostrorū deus auctor esset. Item nec sperādi aliquid. nec supplicandi ulla eēt ratio. Itē euacuaretur libertas arbitrij que se hēt ad vtrūꝗ. Item nec bona facientes eēt laudabiles nec mala facientes vituperabiles. Sciendū tamen ꝙ hoc est duplex. Si deus preuidet hoc. hoc necessario euēiet. quia cōiunctiȝ ē vera. diuisim falsa. ⁊ est ibi necessitas cōsequentie. non cōsequētꝫ q2 licet ibi sit hitudo. siue illatio vniꝰ cathegorice ad aliā. nō tamen necesse est ꝙ ipsi termini sint actu. verbi grā. Si hō ē animal est necessitas est cōsequentie nō consequentis. nā hoc potest nō eē cū materia. tam̄ stabit. ⁊ de hoc habemus exēplū. Boetij in libro de conso. Si aliquis videt aliquē facientē rotā. necesse est ꝙ iste faciet rotā. nec tn̄ visus eius ē cā illius factōis. sic deus uidet mala illius opa nec tam̄ ē cā quare male opetur verūtn̄ fiet si preuisū ē. Item bonū exēplū'. Si aliquis hȝ oculū tāte pspicacitatis. ut uideret futura. nō ideo ligaret res ad euētū. Item artifex i materia nodosa bn̄ videt defectuȝ effectus. nihil tn̄ est cā effectus. Itē due sūt pagine libri vite. Una ē p̄ntis iustitie a qua pōt qs deleri. Alia est dispōnis eterne d̄ qua nullus delebitur. Dr̄a est iter predestinationē ⁊ p̄sciētiā: q2 predestinatio ē precognitio bonorū cū cāitate eorūdē. sed p̄scientia dicit precognitionē malorū sine cāitate que potius residet penes liberū arbitrium'. Cū dr̄ a sanctis ꝙ p̄destinatio orōnibus adiuuatur. nō ē sic intelligendū ꝙ tp̄ale causet eternū. sȝ hoc q̄ntū ad effectū predestinationis iuuat orō. s. quātū ad grām ⁊ gloriā. q2 secundū illa bn̄ coopatur liberū arbitriū predestinatōi. vn̄ sicut d̄s aliquē saluādū preuidet. sic ⁊ modū quo saluari debeat ꝑꝑ quod stultus ē q dicit Uolo facere qd̄ placuerit. q2 si saluari d̄beo saluabor. uel si dānari dānabor. Sicut stultus esset ifirmus q2 diceret. Uolo comedere ⁊ bibere qd̄ placuerit. q2 si curari debeo curabor. vel si mori debeo moriar. sic. n. inutiles eēnt ⁊ medici ⁊ medicine. Sane si deus pmittit liberū arbitrium ꝙ se habeat ad vtrūlibet in malū cadere. hoc nō pmittit. nisi iuste. Rursus si per grām preueniat nulli facit iniuriam. Cū ergo deus malos dānat ⁊ reprobat opatur secūdū iustitiā. qn̄ vero p̄destinat agit secūduȝ grām ⁊ misericordiā que nō excludit iustitiā. Uoluntate aūt p̄ma uult deus omnē hominē saluū fieri inquātū hō est. Uoluntate aūt secūda non uult iustū hominē reprobū. iquātū ipse est talis. Uoluntas igitur antecedens respicit ordinē nature in fineȝ pro ut a deo condita est. volūtas vero consequens respicit ordinē persone. prout ē libero arbitrio suo vel alieno i finē disposita. Hec de realitate dicta sūt. sed logice loquendo cū saluatio hominis sit cōtingens de necessitate determinari nō potest quod enim potest esse ⁊ non esse cōtingens non necessarium. sicut philosophus dicit in libro secundo perimen. Si uero queritur quare deus hunc predestinauit siue elegit. et non illum. hoc iexplicabile est in hac vita mortali. Per hoc. n. exclamat Apꝰ Ro. xi. ca.' O altitudo diuī sa. ⁊ s. dei. q̄ȝ i cō. sīt iu. ⁊ i. u. eꝰ

Si eni dicimus q reprobi repellunt gratiam hoc verũ est. sz si eẽnt predestinati nõ repellerẽt finaliter vñ Aug. li. d pde. scõ. Gr̃a inqt que occulte humanis cordibus attribuit a nullo duro corde respuit ideo qppe tribuitur vt duritia cordiũ auferat.

De prescia ꝛ reprobatõe. Ca. 31.

r Eprobatio ẽ vt ait Aug. prescia iniquitatis quorũdam ꝛ pparatõ dãnationis eorũdẽ. vñ nota q i reprobatione tria sũt vnum ẽ preuisio inigtatis ab eterno alterũ. obduratio. i. subtractio gr̃e i pñti. tertiũ ẽ preparatio pene et̃ne in futuro. Si ergo querit vtruz reprobatio hẽat cãm ex parte hois quãtũ ad p̃mum meritũ hominis nõ est cã q ad. secũdũ cã est. meritoria ꝛ effectiua. ecõtra in pdestinatione sũt tria ꝯtraria. sz in h est differẽtia. q pdestinatio pparat gloriaz secũdũ beneplacitũ. sed reprobatio p̃parat penã secũdũ exigentiã meritoruz De obduratiõe sciendũ est q trãslatiue dr̃ secũduz similitudinẽ obduratiõis i cõporibus. Duritiã ãt corpoꝝ sequitur triplex propetas. primũ est ĩhabilitas ad suscipiẽdum ipressionẽ. secũdũ ẽ stabilitas ad permanendũ in se. tertiũ ẽ fortitudo ad resistendũ. His mõis dr̃ cor obdurari triplr̃. vno mõ p inhabilitatẽ ad suscipiendã gratiã. secũdo mõ per firmã adhesionem ad peccatum. tertio mõ per rebellionez diuinarũ inspirationuz ꝛ mandatorum dei. vñ querendũ ẽ vtrum psciti a deo possint demereri. ꝛ ecõtrario. ad qd dd q scia dei cõparatur ad res creatas sicut ars ad artificia. vñ sicut ars non solũ est cognoscitiua. sz ẽt factiua eoꝝ que secũdũ artez fiũt. eorũ vo quibus ab artis regulis deuiat ẽ cognoscitiua tãtum ita ut scientia dei ẽ cognoscitiua ꝛ factiua oium bonorũ. malorũ ãt nõ. siue pccõrum que sũt deuiatiões quedã ab eterna lege ipsi. Scia di ẽ cognoscitiua tm̃. nõ autẽ cãtiua. ꝛ sic patet q boni q per gratiã iustificant. non solũ sunt ab eterno cogniti a deo. sed etiã ad gratiã habebam Peccatores ãt neq iustificãtur per gratiã. nec sunt electi vel pordinati a deo ad culpã. sed soluz psciti q non sũt gratiam hituri. sed sine nature relinquẽdi. ꝛ q nõ omne agens põt in id quod ẽ supra se natura sibi relicta nõ potest in actuz meritoriũ qui ẽ supra. facultatẽ natur̃. potest ãt in actũ peccati qui est demeritorius. sic ꝛ in aliqd infra naturam humanã existẽs homo. n. peccando descendit a dignitate sue nature. ꝛ sic patet q prasciti possent demereri facilius q mereri.

De voluntate dei. Cap. 32.

u Oluntas dei duplex est. s. uoluntas signi ꝛ bñplaciti. voluntas beneplaciti est duplex. s. antecedens. de hac vide. supra caplo proximo. que sepe expletur. ꝛ per cõsequens hec nunquaz remanet iexpleta. Alia est uolũtas signi ꝛ hec qñq remanet inexpleta. huiusmõi ratio est. q voluntas dei põt sumi dupliciter vl proprie. sic accipitur volũtas bñplaciti vel metaphorice. ꝛ sic accipit voluntas signi. Primo mõ dr̃ deus aliqd velle. ꝛ hoc velle ipse deus ẽ. secũdo mõ metaphorice ẽ ad modum uolẽtis se hẽre. ꝛ hoc velle nõ est deus. hec igit diuisio nõ rei. sed vocis est. sicut ire põt dici. vel proprie mot ire. vel metaphorice signũ ire. volũtas beneplaciti dei ꝯñs est recta ꝛ efficax. ꝛ irreprehensibilis. vnde quia est recta. nullus est rectus. nisi conformetur ei. Item quia est efficax nihil sine illa potest effici. nihil contra illaz potest fieri. per nullum potest impediri. itẽ quia irreprehensibilis est. nihil precipit. aut permittit. nisi iuste. nihil agit. aut cõsulit nisi bene. Signa beneplaciti sũt qnq scilicet preceptio. prohibitio. consiliuz permissio. ꝛ operatio. quorum numerus sic accipitur. voluntas diuina proprie loquendo. aut presentium. aut futurorum est. Si respũ presentiũ aut id est bonũ ꝛ sic ẽ impletio aut malum. ꝛ sic est permissio. Si respectu futurorũ sic ẽ triplex aut est malũ. ꝛ sic ẽ prohibitio. aut bonũ

necessarium. ⁊ sic est ꝑceptio. aut bonū supererrogationis. ⁊ sic est consiliū. Contra tria pma potest aliqd fieri. q̄ꝛ se hn̄t ut in fieri. sed cōtra duo vltima. s. promissionē ⁊ opatiōnē nihil potest fieri qa se hn̄t vt in facto eē. ⁊ qđ perfectū est non potest nō fieri. De his signis nota q̄ preceptū dicit obligatiōnē ad faciēdū bonū prohibitio dicit obligationem ad vitandū malū consiliū dicit doctrinā p quā scimus q̄ id qđ cōsuliter si fiat affert pmū si nō fiat affert suppliciū permissio dicit priuationē cohibitionis. ⁊ ē signū diuine uoluntatis. nō respectu mali qđ pmittit̄ sed respectu boni qđ ex malo pmisso. ɔ̄r. Nō. n. permittit deus malū fieri. nisi ex se ipso aliqđ bonuz eliciat. ut pz in tētationibus diaboli que prosūt multiplr sanctis. Preterea si nō esset malū nō eēt i bono pulchritudo. nisi absoluta. Nunc vero pp cōparationē ad malū clari⁹ elucescit. Operatio notat factionē i re per quā refert̄ creatura ad creatorē. De conformitate voluntat̄ nostre ad deū sciendum est q̄ duplex ē conformitas. s. proportionis. ⁊ proportionalitatis. Primo mō est cōformatas voluntatū in se scđz rationē essentie. ⁊ sic ē ipossibile. hoc mō q̄ꝛ finiti ad ifinitū nulla ē ꝓportio. scđo. modo ē conformitas que ē scđm silr se hr̄e qđ fieri potest. possibile ē. n. idez volitū esse. al' vtrobiqꝫ. vt. s. homo velit id quod deus scđz uelle quo vult nos velle deus. qđ si humane attendim⁹ in forma volendi. tūc si volumus hēre mercedez nr̄i corporis oz q̄ semp conformemur ei in forma volendi. Si autē querit̄ vtrum absolute teneamur. dn̄dū ē q̄ conformitas est quedā in actu ad quā n̄ tenemur nisi habita charitate. ⁊ nec tūc nisi ꝓtpe ⁊ loco ut qn̄ quis cogitat dei veritatē. s. articulos fidei tenet̄ credere. qn̄ cogitat dei bonitatem tenet̄ diligere. Est alia cōformitas in habitu ad quā non tenet̄ qs nisi quādo actu dei bonitatē recogitat. q̄ꝛ tūc tenet̄ se ad charitatē dei ꝑparare De conformitate āt i uolito sciendū qđ volūtate sēsualitat̄ n̄ tenemur cōformari volūtati diẽ nec i uolutio nec in forma volendi. Voluntas sensualitatis tm̄ est animātis. unde q̄ꝫtū ad hoc nos hac volūtate non peccaremus. si rō huic uoluntati iūcta non foret. cuius est alteritatē reprimere. sed volūtate rationis deliberatiua tenemur deo conformari in volito quod constat nobis deū absolute uelle. ut salutem nr̄az. vel congruit nobis uelle. Si vero n̄ congruit nobis q̄ꝫuis bonū sit in se n̄ vult de⁹ id nos velle. vn̄ hoc non tenemur uelle nisi inq̄ꝫtū est volituz a deo vnde si scio deū velle mortē pr̄is mei. tn̄ possū vitam velle ⁊ laborare ad hoc. q̄ꝛ n̄ vult deus velle me pr̄i meo cōtrariū. Item volūtate conditionata non tenemur đo conformari. ut qn̄ pluit uellemus q̄ non plueret si deus uellet. qa volendo coditionalit̄ non discordamus a uolūtate đi. q̄ꝛ hoc n̄ est velle simplicit̄ Itez id qđ de⁹ non vult simplr ⁊ absolute. ut sniam cōminatōis quā aliqn̄ mutat qn̄ merita mutāt n̄ tenemur velle. Conformitas diẽ volūtatis quadruplr pōt considerari secūdū hitudinē quattuor cāꝝ. prio. secūdū cāz matialē. ut qn̄ idē ē uolitū quod se hz ut materia circa quā ē actus volūtatis. ⁊ iō ista cōformitas ē secūdū qd tm̄. ⁊ n̄ simplr. qa eē simplr n̄ ē a matia vel forma. scđo mō accipit̄ cōformitas secūdū cāz efficiētē. sicut qn̄ aliqs uult hoc quod deus uult eū uelle. q̄ꝛ deus hāc volūtatē i eo facit. deus. n. unamquāqꝫ volūtatē i bonum ordiauit. ⁊ hoc uult nos uelle ētiā scđm cāz finalē. ut qn̄ qs in gloriā dei sua facta ordinat propt̄ quā ⁊ deus facit omia. ⁊ in his duobus eēntiali. ois cōformitas cōsistit. quarto secūdū cām formalē ut. s. ex charitate uelit qs quod vult. sicut ⁊ deus ex charitate vult oia. ⁊ i isto cōsistit perfectio conformitatis. vt. s. actus volūtatis nr̄e tanto sit uolūtati diue cōformior quāto est melior ⁊ perfectior. Ex predictis collige quod perfecta seu completa conformitas ad deū cōprehēdit quattuor. P⁹

vt velimus qđ deus vult. secūdo vt velimus qđ uult nos velle. tertio vt velim⁹ pp qđ uult. quarto ut velimus eo modo quo uult. Sed cōformitas nō plena ē tripliciter. pmo si cōformatur qs deo in volito tm̄. sicut ⁊ iudei conformes erāt deo in morte xpi. secūdo si conformetur qs in uolito ⁊ in fine. sed nō in modo. vt qñ qd non fit ex charitate. tertio qñ quis cōformatur in uolito ⁊ in mō. sed non i fine. ut cū ad alium bonū finem tm̄ retorqueat intentio. De iustitia dei. Cap. 33.

Iustitia di tribus mōis sumit. pmo modo qñ redditur alicui qđ meruit. secūdo modo qñ promissū soluitur. tertio modo qñ iperfectū pficitur. pmo mō remuneratio bonorū ⁊ punitio reproborū ē opus iustitie. secundo mō incarnatio xpi opus ē iustitie. quia promissū fuit hoc per prophetas. tertio mō dr̄ opus iustitie qñ deus peccatores iustificat cum se ad gratiaꝫ habilitāt. faciēdo qđ in se ē. Nota q̄ in oibus operibus di inuenitur iustitia ⁊ misericordia. sꝫ iustitia quādoqꝫ ē occulta. ⁊ misericordia manifesta. vt i iustificatione impij. ⁊ in primo aduētu xpi aliquando ē econtrario. s. aperta iustitia. ⁊ occulta misericordia. vt in punitione paruulorꝫ sine baptismo dicentiū. ⁊ in secūdo aduentu xpi. Aliūde vtrumqꝫ ē occultū vt in tribulatione quorundā. licet iustorū innocentiū. sicut fuit in Job ⁊ i ifirmitatibus paruulorum. aliqñ vtrumqꝫ ē apertum. vt i remuneratione iustorꝫ. ⁊ damnatione reproborū. q2 illos remunerat supra meritū. ⁊ istos punit citra cōdignum. qđ est misericordie. sed vtrisque retribuit secūdum merita. hoc est bonis bona. ⁊ malis mala. qđ est iustitie. Si uis scire qua iustitia puniat̄ homo ꝓ peccato momentaneo eternaliter vide pmo auctoritates Jsaie. 66. Uermis eorū nō moritur. ⁊ ignis eorum nō extinguet̄. psal. 48. Jbunt in ꝓgenies patrum suorum ⁊ vsqꝫ in eternū non videbūt lumē. Math. 25. Jte maledicti in ignem eternum. Apoca. 8. Ascēdit fumus eorū in secula seculorum. Jtē Grego. in quarto dialogorū. Si deus plus nō attenderet cor q̄ꝫ facta iniusta posset dici talis iustitia. sed q2 deus intuetur cor. iustū est vt sine fine puniantur q nunq̄ꝫ vellēt viuere sine peccato. Rōibus idem ostēditur. q2. n. homo peccauit in suo eterno. merito punietur i eterno dei. Jtē materia ignis ē eterna. s. macula peccati. ergo ⁊ pena. Jtē peccatū est contra illū qui est ifinitus. ergo pena debet esse ifinita. sed hoc nō potest esse acerbitate. vnde oportet q̄ fit diuturnitate. Jtē cū homo peccat erat in infinitū quodāmodo rōnalis. irascibilis. ⁊ concupiscibilis qñ finitum ꝑponit infinito illa qdem iudicāndo. ista adherēdo. ⁊ ultiā appetendo. vnde cōgrue debet eē pena infinita. Jtē mala voluntas reproborꝫ eterna ē. ergo ⁊ pena. Jtem ostenditur exēplis. quia venditio momentanea dat ius possidendi perpetuū vulneratio momentanea cicatricem infert perpetuam Jtem casus in foueam tēporalis est diectio perpetua. Jtē effossio oculorū tēporalis est. ⁊ cecitatē operatur perpetuam Jtē crimen lese maiestatis t̄pale est serui t⁹ ꝑpetua. Jtē potio ueneni momētanea mortem operat̄ perpetuaꝫ. Dicit Aug⁹ q̄ reddit deus mala pro malis hoc ē penā ꝓ peccatis ꝓ iustitia. q2 iustus est. vl reddit bonū pro malis. hoc est grāꝫ iniustus. qm̄ bon⁹ ē. vel reddit bona ꝓ bonis hoc ē grām ꝓ grā q2 iustus ⁊ bonus ē nūq̄ꝫ reddit mala pro bonis. qm̄ iniustus nō ē. Aliqs punit in p̄nti pp seipsū. vt peccatū preteritū in eo purget. Jo. v. Ecce sanus fact⁹ es vade ⁊ ā. nō. pec. ⁊c̄. Jtē vt pp peccatū ꝑpetuo cruciet̄. tā hic q̄ꝫ i futuro. Exēplū hēs de Herode ⁊ đ Anthioco. Jtē vt culpa declinet̄ vt i Paulo q cecat⁹ fuit ꝑsecutor vt p⁹ illuminaret̄ m̄ dicus p̄dicator. ii. ad cor. xi. Ne magnitudo re. ex. me. ⁊c̄. Jteꝫ ut glīa in futuro detur. Actuū. xiiii. Oportet nos p multas tri. it. ⁊c̄. Jn pmis duab⁹ causis exercet

deus iustitiam. In duabus sequentib⁹ mi
sericordiã. q̃nto punitur quis ꝑpter deũ
s. ut glorificetur. Jo. Neqꝫ hic peccauit.
neqꝫ parẽtes eius ⁊c. 6⁹ pũitur quis ꝑp
proximũ. s. ut edificetur. sic fuit punitus
Thobias. ut alijs daretur exẽplũ patiẽ
tie. sic puniũtur etiã innocẽtes pueri. ne
videatur incõueniens peccatorib⁹ si q̃nqꝫ
tribulantur. Justo dei iudicio puniuntur
q̃ vel cõcessis abutũtur. ut. Adam vl' ꝯ
cessa rapere conanť. ut lucifer.

De misericordia dei.

Cap. .54.

MIsericordia secundũ ethimologi
am dr̃ tribus modis. Primo dici
tur misericordia quasi miseriã cordis di
uidens sicut dr̃ in auctoritate. Celi nõ in
digent misericordia. q2 in eis nulla ẽ mi
seria: secũdũ hunc modũ miseria solũ
mõ ẽ i terra. scd̃o modo dr̃ quasi mittẽs
seorsum cordis rigorẽ. sicut accipitur ibi
Misericordia ⁊ veritas obuiauerũt sibi
nã veritas p rigorẽ procedit: sed miseri
cordia hũc rigorem tẽperat remunerãs
supra meritũ. ⁊ puniens citra condignũ
sic est misericordia etiã i iferno. t'tio mõ
dr̃ misericordia quasi mira suauitas ri
gans corda. sic misericordia maxime est i
celo. lꝫ deus sit iustus. sicut ⁊ misericors
tamẽ dr̃ ei propriũ esse misereri poti⁹ q̃ꝫ
esse iustũ. q2 nihil reqritur ad cõplẽdũ
opus misericordie. nisi voluntas eius. sꝫ
ad cõplendum opus iustitie reqritur ẽt
aliquid ex pte hoĩes exigentia. s. merito
rũ. Misericordia dei pꝫ in effectib⁹ di
uinorũ beneficiorũ. dat. n. reis veniã di
mittendo tam peccati reatum q̃ꝫ peccati
sequelas. de q̃bus duobus psal. cii. Qui
propiciať oĩbus iniquitatibus tuis. quo
ad primũ. Qui sanat oẽs infirmitates tu
as. quo ad .2. Jtem largiť iustis gratiam
dando. s. virtutis habitũ ⁊ ỽtutis motũ
ut per primũ faciat hoĩem deo gratũ ac
vita eterna dignũ: sed per .2. augeatur ei
meritũ. De his duobus. psal. cii. Qui co
ronat te i misericordia. quo ad pmũ ⁊ in i
serõnibus. quo ad .2. ⁊ loq̃tur de corona
grẽ. Jtẽ confert sanctis gloriã. ⁊ hoc du
plr. quia nunc in spe. ⁊ tãdẽ i re. De his
psal. cii. Qui replet in bonis desiderium
tuũ. quo ad pmũ. renouabitur vt aqu le
iuuẽtus tua. quo ad .2. Jtẽ ex misericor
dia deus patienter expectat peccatores
benigne reuocat. vlcisci dissimulat. d' mĺ
tis periculis liberat. grãm liberaliter do
nat. datam multiplicat. multiplicatã con
seruat. conseruatã in celo premiat. Jteꝫ
ex misericordia deus ꝑpeccatorem ad' se
redeuntem hylariter suscipit. ad penitẽ
dum cor emolit. offensam cito remittit
iniurie post remissionem non meminit.
Jtem ex misericordia dat deus aduersa
ut pcc̃m purget. dat ꝓspera. vt ad amo
rem prouocet. dat sacramenta. ut meri
tum cumulet. dat precepta vt premio
ditet. Jtem ex misericordia errãtes ad
se reducit. euntes ad se cõducit, ꝓcadẽtes
erigit stantes tenere non desinit. perue
nientes in gloriam introducit.

Explicit liber primus. Incipiunt.
Capitula secundi.

De ipsa rerum creatōe. Cap. pm

Summe bonitatis triplex effluxio est. s. per generationē. per spirationem. ꝛ per creationem. due priores emanat ones sūt ab eterno. tertia ē ex tpe de qua nūc est agēdum. Inter creare. generare. ꝛ facere differentia ē. qꝛ res d nihilo existit in eē p creationē. sed exit i esse de aliquo p factionem. qꝛ facere est operari d aliena materia. sed de substātia exit in esse per generationem. Deus ē rerum triplex cā. s. efficiens. exemplaris ꝛ finalis. sed nullo modo materialis. Inter operari dei. ꝛ creature differentia ē quia deus operatur in instāti. angelus autem repente. sed natura paulatim. Preterea. rerum principia sunt a deo. ꝛ immediate. effectus vero consequentes sūt ab ipso mediante natura. nihil autem est a deo immediate tantum. Circa mūdi creationem quattuor erant errores. Quidā dicebant mundum eternum. Alij dicebant mundum qdem factum. sed habuisse materiale pncipium. ꝛ non esse de nihilo. Alij dicebant deum superiores creaturas p se produxisse. sꝫ iferiores p ministeriū āgelorꝫ. Alij ponebāt duo pncipia sicut manichei. vnū. s. sūme. bonū. ꝛ aliud summe malum. dicentes incorruptibilia esse a bono principio. corruptibilia a malo Hos omnes errores excludit Moyses primum cū dicit. In pncipio secūdū ibi

Creauit.3.quādo dicit deus.4.cū sequi
tur.Celū ⁊ terrā. Tenendū ē etiā q̄ de
us oia sīul creauit.nec aliquā nouā spēz
postmodū addidit quō prius nō fecerit.
vel i se.vel in suo sil'.vt hoīum animas
vel in ratione seminali sicut patet in hiſ
que naturaliter itroducūtur in eē.⁊ hoc
est quod dicitur deum die septima quie
uisse non quidem a labore.vel ab opere
sed a nouarum specierū conditione.De
operibus vero sex dierū dicūt quidam
nunquā in illis debere intelligi ordinem
temporis.sed nature.q2 dicunt omnia si
mul tempore fuisse facta.creata.⁊ dispo
sita.ac in suis speciebus distincta.Alij di
cunt omnia simul creata in materia.sed
non in tali forma sicut in diebus sequen
tibus receperūt.⁊ hec opinio magis seq
tur vltimā litteram.sed prima magis se
quitur rationez. Deus.n.dupliciter op
atur.aliqua nāq3 facit mediante natura
⁊ hec fiunt successiue.aliqua facit per se
immediate.vt creare.peccata dimittere
gratiam infundere ⁊ huiusmodi.⁊ talia
fiunt incontinēti.⁊ perfecte.⁊ complete
Cū ergo deus primordiales res non pro
duxerit mediante natura.sed imediate.
⁊ per se vr̄ q̄ in instanti fecerit eas pfec
tas.⁊ cōpletas.tam in materia q̄3 in for
ma.Coeue sūt quattuor.he primitiue re
rū creature.Celū empireum.angeli.ma
teria mundi.⁊ tempus.

De distinctione creaturarum
i generali. Cap. 2.

c Reatura mūdi triplex ē.s.corpo
ralis tm̄.vt elementa. spūalis tan
tū ut angelus.composita tantum ex his
vt hō.corporalis quoq3 natura distingui
tur i corpora lucida.vt sydera.⁊ opaca.
vt terra ⁊ metalla.⁊ huiusmodi.atq3 per
spicua siue diaphana. vt aer ⁊ aqua.cre
ature quedā secūdū.Grego.hn̄t eē tātū
vt lapides quedā viuere.ut arbores que
dā sentire vt animalia:quedā intelligere
vt homines ⁊ angeli. Distinguitur aūt
mūdus triplex.s.architypus i.deus ⁊ dr̄
ab archos quod ē princeps.⁊ typus qd̄ ē
figura.i.principaliſ figura q2 ipse ē exem
plar mūdi sensibilis. Itē est mundus q
dr̄ macro cosmus.i.maior mundus.vt ē
iste mūdus sensibilis.Itē est mūdus qui
dicitur micro cosmus.i.minor mūdus.ut
ē hō.De his tribus.Job.In mūdo erat
ecce primuz.Et mūdus per ipm factus ē
ecce secūdū.Et mūdus eū non cognouit
ecce tertiū. Differentia ē inter elm̄ ⁊
elementatū.⁊ quintam essentiā.Elm̄ est
primū cōpōibiliū:⁊ n̄ compositū.vn̄ nec
terra nec aqua.nec aer.nec ignis purum
elm̄ est.⁊ simplex apd̄ nos.q2 iter se inui
cē ista cōmiscētur.⁊ maxime in ea parte
vbi se contingūt. Elementatū est quod
l3 corpus cōpositu3 ex quattuor elemen
tis. 5.eēntia est corpus p se differens ab
oībus elementis:⁊ elementatis.tā in ma
teria q̄3 in forma.tam in natura quā in v
tute nō hn̄s i se contrarietatē.vnde nec
cām corruptionis. Opera sex diez put
Moyses distixit moraliter sic hn̄tur.Si
gnificant.n.res create de nihilo ipij iust i
ficationē.Firmamenti operatio.boni p
positi confirmationē.Aquaz cōgregatō
cordis adunationē. Syderū pfectō exē
plū bone operationis.Pisciū ⁊ auium
formatio statū actionis ⁊ cōtēplationis.
Hois plasmatio rectitudinē intentionis
Post hoc vero sequitur septia dies et
nitas.s.requies. Est locus sūmus.i.celū
vbi sola letitia.⁊ ē infimus.i.infern9.vbi
sola tristitia.⁊ est medius.i.mūdus i quo
sūt sūma sperāda.⁊ ifima metuēda.Dia
bolus igr̄ a sūmo corruit.⁊ in infimum d
tursus est.q2 repandus non erat.Homo
vo a sūmo non cecidit.⁊ i medio colloca
tus est vt eēt ei locus quo ascenderet p
iustitiam vl' descenderet per culpā.Itē
Ugo de scō vic.dicit q̄ est aliqs locus i
quo solū ⁊ summū bonum est.s.celu3 ali
quis in quo solum ⁊ summū malū est.s.in
fernus aliquis in quo solum malum est
sed non summū s purgatorium.aliquis i
quo bonum ⁊ malum est:sed neutrū sum

mum.ſ.mundus iſte.

De diſtinctione orbium tam celeſtium quam elementorum. Cap. 3

c Orporalis mundi machina tota conſiſtit in duobus.ſ.i natura celeſti ⁊ in natura elemẽtali. Celeſtis ãt diſtiguitur in tres celos ꝑ̃ncipales.ſ.in celũ chriſtalinũ.⁊ empireũ.⁊ firmamẽtũ. Jntra firmamẽtũ quod ẽ celũ ſtellatũ cõtinentur.vii.orbes planetaꝝ q ſũt. Saturnus. Jupiter. Mars. Sol. Venus. Mercurius. Luna. nomine ãt celi criſtalini. ſiue aquei intelligit̃ illa pars materie ꝑ̃me que ſcd̃m phm̃ formata ẽ in duos orbes quoꝝ prior eſt primũ mobile. Jſtorũ orbiũ natura eſt ꝙ oẽs mouẽtur excepto empireo quod qetũ eſt. Natura ṽo elemẽtalis in quattuor ſperas principales diſtinguit.ſ. Jgnis. Aeris. Terre ⁊ aque Spera ignis tria habet interſtitia.ſ.ſuꝑnum.quod vocat̃ igneũ.⁊ medium ⁊ infimũ quod vocatur olympiũ. Similiter aer tria habet iterſtitia.ſ.ſupremũ quod vocat̃ ethereũ.⁊ mediũ ac ĩfimũ qđ vocatur aereũ.⁊ in ſupremo ẽ calor lux ꝑꝑ ſolis ꝓpingtatem. Similiter ẽ in infimo .ſ.propter radiorũ repercuſſionem a terra. Jn medio autem interſtitio ad quod non pertigere põt reꝑcuſſio radiorũ eſt frigiditas ⁊ obſcuritas in quo dñr hitar̃ demones q detruſi ſunt in hunc aerẽ caliginoſũ. Jbi ẽt fiũt tẽpeſtates tonitrua grando niues.⁊ ſilia. Ex his collige ſeptẽ orbes terrã ⁊ aquã ambientes qui omnes pñt vocari celi. Jſtos aũt excellit celũ trinitatis ipſe deus q ẽ in oibus ⁊ ſuꝑ oia. Diſtantia dictorũ orbiũ ⁊ planetaꝝ hec eſt. A terra vſqꝫ ad lunam ſũt miliario.15625.hec ſunt ſtadia.1260.a luna vſqꝫ ad Mercuriũ ſunt miliaria.7912.⁊ ſemiſſe.a Mercurio vſqꝫ ad Venere tãtũdẽ A venere vſqꝫ ad Solẽ ſũt .24433. A Sole vſqꝫ ad Martẽ.ſunt miliaria 15625. A marte vſqꝫ ad Jouem.6812. A Joue vſqꝫ ad Saturnũ tantumdem. A Saturno vſqꝫ ad firmamẽtũ.24427.

Ex his colligitur ꝙ a terra vſqꝫ ad celũ ſtellarum ſunt miliaria.19375.

De natura celorũ et ſuꝑiorũ corporuꝫ Cap iiii

c Elũ eſt corp⁹ purũ natura ſimpliciſſimũ eſſentia ſubtiliſſimũ.icorruptibilitate ſolidiſſimũ,quãtitate maximũ qualitate lucidũ dyaphanitate ꝑſpicuũ. materia puriſſimũ.figura ſpericũ.ſitu locali ſuꝑ̃mũ.ãplitudine creaturaꝝ i ſe aliquarũ cõtẽtiuũ. Jſte ꝓprietates tã celo cõueniũt ẽpireo. ꝙ̃ primo mobili. Sed ꝑ̃mũ hoc ẽ celũ ẽpireũ a motu eſt extraneũ btõrũ ſpirituũ hitaculũ ſpãliter ſedes nũcupatur. Celo ãt criſtalino cõuẽit ſpũaliter qđ eſt motu velociſſimũ. ac in iferiora ṽtutis influxiuũ. Eodẽ mõ dicẽdum ẽ de firmamẽto ꝙ plurime ſibi cõueniũt de proprietatibus ſupradictis. ⁊ inſuꝑ ẽ aquarũ diluuiũ ac ſtellis decoratũ Corpora celeſtia diuidũtur i lucẽtia.⁊ ñ lucentia ⁊ dyaphana. Nã corpus lucens ẽ ſol q ſolus inter ſidera lucet. ſed nõ lucentia ſũt cetere ſtelle ⁊ planete que lumen ſuũ a ſole mutuant. corpora ṽo diaphana ſunt omnes ſpere celeſtes. Jteꝫ ſpere celeſtes cũ mouent nõ mutãt locũ ſꝫ mouentur i locis ſuis.ſuꝑiora iſluunt in iferiora ṽtutẽ motiuã.uegetatiuã.ſenſitiuã.ac oium gñabiliũ productiuã. Jtẽ lꝫ careãt qualitatibus elementarib⁹.nõ .n.ſũt calida vel frigida ſicca vel humida.tñ nõ influũt ſuꝑ libeꝝ arbitriũ. nec hñt virtutẽ imutãdi hois volũtatem.lꝫ bene imutent atqꝫ diſponãt cõplexioneꝫ hominis aliqñ que volũtatẽ nõ hñt cogere ſed magis ⁊ minus i diuerſis hoibus inclinare. Oꝑantur quoqꝫ corpora ſuꝑiora diſtinctiuã cognitionẽ dierũ ſecũdũ lumen ſolis diſtinctionẽ menſiũ ſecũdũ lumen lune.ac diſtinctionũ annorũ ſcd̃m motũ ſolis in aliquo circulo atqꝫ diſtinctionem temporum ſecundum variarum curſum planetarum diſtantiam ⁊ curſũ aſcenſum ⁊ deſcenſum retrogradationẽ et ſtatum. Circulus quidem eſt in ſꝑe

c

ra interſequens equinoctium qui inter
ſecatur ab eodem i duas partes equales
⁊ vna medietas declinat verſus ſeptem
trionem. alia verſus auſtrum ⁊ dicitur il
le circulus zodiacus. a zoi quod eſt vita.
nam ſecundum motũ planetarum ſub il
la omnis vita ſub rebus inferioribus eſt.
vel dicitur a zodias quod eſt animal. quia
cum diuidatur in. 12. partes equales. que/
libet pars appellatur ſignuz. ⁊ habet no
men ſpeciale a nomine animalis propt
proprietatem aliquam conuenientez tã
ipſi q̃ animali. vel propter diſpoſitionez
ſtellarum ſitaꝝ in i lis partibus ad modũ
animalis. Iſte vero circulus dicitur lati
ne ſignifer. qnia fert ſigna vel quia diui
ditur in ea. ab Ariſtotele vero in hoc de
generatione dicitur circulus obliquus.
vbi dicit ꝙ ſecundnm acceſſum ⁊ receſ
ſum ſolis in obliquo circulo fiunt genera
tiones ⁊ corruptiones in rebus. Nomina
vero ſignorum. ⁊ ordinatio. ⁊ numerus i
his verſibus notantur. Sunt aries. thau
rus. gemini cancer. leo virgo.
Libraque. ſcorpius. architenens. caper.
amphora. piſcis:

De natura ſtellarum in cõi.
Cap. v

[S]Telle ſupreme in firmamento
figuntur. ⁊ cum illo ſemper mo
uentur. materia ſũt puriſſime. figura ſpe
rice. quantitate magne. apparentia par/
ue. qualitate lucide. radiorum diffuſiue.
rerum inferiorum generatiue. a ſole illu
minationem receptiue. tenebrarum expl
ſiue. quanto nox obſcurior. tanto plꝰ ſui
manifeſtatiue in preſentia ſolis ſui lumi
nis occultatiue. tempeſtatis ⁊ ſerenitatis
concitatiue. viarum nauigantium direc/
tiue quanto ſoli coniunctiores. tanto i co
muni lucidiores. ſed ſingule minus appa
rentes. vt patet in galinatia claritate. q̃
titate. differunt ac virtute. Galinatia eſt
multitudo paruarum ſtellarum quaſi cõ
tiguarum illi loco orbis ubi diffunditur
lumen ſolis. Fit autem eclypſis cum ſe
ſoli luna ſubnectit. vt tenebras efficiat.
Nota ꝙ omnes ſtelle eclypſantur. ⁊
hoc vel a ſeipſis. vel a terra. vel a plane
tis. Planete enim dicuntur quandoq;
retrogradi. quandoque progreſſiui. quã
doque ſtationarij. prout in eclypſibus ſu
is diuerſi mode mouentur. Planete ſũt
ſydera inter celum ⁊ terram errantia. fir
mamento contrarium curſum agantia.
curſu quem habent ab influxu primi mo
bilis mouentur directe. ſed curſu propo
mouentur oblique. non ſintillant. ſinguli
ſuos colores ⁊ circulos habent. ⁊ tamen
circulos aliorum ingrediuntur. ⁊ iſtoruz
participant qualitatem cum ſole mican
tes occultantur. quanto terre propinqui
ores. tanto circulos habent minores. q̃
to ſunt altiores. tanto curſus eorum na
turalis uidetur eſſe tardior. Corpora eo
rum non ſunt lucida. vel perſpicua. ſed
opaca. Alioquin non eclypſarentur ſe in
uicem. Motus primi mobilis ſcilicet no
ue ſpere ab oriente in occidentem redi
ens iterũ in orientem dicitur rõnalis ad
ſimilitudinem motꝰ rationis in microcoſ
mo quando fit conſideratio a creatore p
creaturas rediens in creatorẽ. ⁊ ibi ſiſtẽ
do. Secũdꝰ motus firmamenti ⁊ planeta
ruz eſt huic contrarius ab occidente i ori
entez rediens in occidentem. qui dicitur
irrationalis. ſiue ſenſualis ad ſimilitudi/
nem microcoſmi qui eſt a corruptilibus
ad creatorẽ. ⁊ iterũ rediẽs ad corruptilia
De luce. Cap. vi.

[L]Ux eſt ait phũs ſcđo de aïa actus
lucidi. ſcꝫ quod lucidũ. vñ ſciendũ
eſt ꝙ lux eſt qualitas actiua corporis lu
minoſi: ſicut calor ignis. Lux quoq; dat
eẽ intentionale corporibus vel coloribꝰ
ſicut itellectus agẽs fantaſmatibꝰ dat eſ
ſe itellectuale. Ipſa ẽ mediũ differẽs oĩa
que a celo i nos dſcẽdũt ipſa quoq; mutu
at cõpus nõ lucens a lucido. Ipſa ẽ ſecũ
dum philoſophum celi purpura. male
ficiorum inimica. nauigantium directo

oculus noctis facies omnium rerum.
Lux vt ait. Aug⁹. rectuꝫ habet incessũ ut nullo mō icedat ꝑ curuũ. hec oibus re bus ⁊ decorē tribuit. ⁊ absqꝫ illa cuncta sunt ignota. et abscondita. motus. n. eius est subitus. qꝛ sine mora replet oia. Hec in superficie est corporis umbrosi nō se ꝑ fundit nisi in corpore diaphano. vnde se cũdum corporis grossitudinē vel subti litatē magis ⁊ minus pticipatur. lux eiꝫ sine sui diminutione ubiqꝫ se diffundit. Ples proprietates lucis habes supra ḋ sole que illi cōueniunt inquãtũ lucet. Sci endũ est ꝙ lux uocat̃ in corpore luoso lux sed lumen prout est cōicans alijs.

De planetis in spe. Cap. .vii.

Saturnus est a nobis remotissimus frigidus ⁊ siccus. hoc intelligas i effectu sicut in aliijs planetis. Ex vicini tate eius calor solis remittitur. Ex cōiũc tione eius cũ Joue clarus efficitur. cum naturaliter sit palidus nociuus est. Ipso dñante tantã hꝫ virtutē ut si ifluat in infe riora. fetus nascitur mortificatus aut ḋ bilis. Plus nocet retrocedendo qꝫ proce dendo. Moratur in quolꝫ signo. 30. men sibus. ex quo sequitur ꝙ cursũ suũ cōplet. s. 30. annis. Juppiter est clarus. ⁊ quasi ad instar lactis candidus in qualitatibus est bene tēperatus. quia calidus ⁊ humi dus. In supiori parte assidue tēpat ma litiam saturni cũ ascenderit in circulũ sa turni. contrahit palorē. lꝫ sit clarus. In quolꝫ signo moratur ꝑ annũ. ⁊ ita cōplet cursum suũ in. 12. ãnis Mars calidus est ⁊ siccus ⁊ ideo nociuus ex proprietatib⁹ suis homies incitat ad bellandũ ⁊ inter positione veneris et Jouis eius nocui tas reprimitur. Igne⁹ apparet ⁊ radio sus. In quolꝫ signo moratur. xl. diebus. Sol dicitur octies maior terra sed scḋꝫ ptolomeũ est. c. lx. vicibus maior terra calidus ⁊ luminosus. eclipsim patit̃. cōis eest obius. nube celatur solus ꝑ se lucet. quod nulli sideri magis competit. vnde nomen accepit stellas illuminat. ⁊ tam̃ eas per suã presentiã ab apparentia sui lumis priuat. medius ē planetarũ. odio sus egris oculis. sed amabilis puris. tem pora distinguit. locis immũdis nō ingna tur terrestria cōsolidat. gelida resoluit. flores aperit. fructus maturat corpora diaphana penetrat. nō regescit. visũ re tũdit. vapores eleuat. hemisperia uicissĩ perlustrat appropinquans nobis estatē facit recedens vero hiemem effecit. ocu lus est mundi in quolꝫ signo moratur. 30. diebus. ⁊. 10. horis cursũ per annũ fa cit motu proprio. sed diē pficit motu pri mi mobilis. Venus ē lucidus calidus ⁊ humidus malitiã Martis tēperat. semꝑ comitatur solē. sed cũ precedit dr̃ lucifer quando sequitur dr̃ vesper colorē habet candentē ⁊ refulgentē electro similem. Inter sidera plus splendet. cōplet cursũ suũ in. 348. diebus. Mercurius semper cũ sole gradiur. nũqꝫ ab eo plus. 30. gra dibus distans. colorē habet radiantē. ra ro ꝑꝑ vicinitatē solis cernitur eloquētia sub ipso est ags dr̃ dñari. ⁊ preeē semini bus cursũ cōplet. 338. diebus. Luna noc tem illuminat. lumen mutuat. augmētũ patitur. ⁊ detrimentum. Infima ē inter planetas eclipsim patitur. ⁊ efficit macu las habet propter coniunctionem eius quam cum inferioribus habet. s. cum ter ra. Item corniculata interdum apparet ex eo ꝙ pars eius non illuminata a no bis absconditur. Item regina celi appel latur. quia sol tanquam medius planeta rum participat proprietates omnium. ⁊ eas ad lunam cum lumine suo transmit tit. Ipsa enim luna quecunqꝫ a sole sicut recipit ita influit. Unde quia per eaꝫ ta li modo virtutes planetarum recipimus merito. Regina celi vocatur. His visis patet ꝙ quando luna prima intenditur optimũ est semina iacere. quia tunc vir tutes plãetaꝝ quas i iferiorib⁹ ifluit col ligit frigida ē ⁊ hũida. solē ꝓcedēs minuit

ſed ſequens creſcit.⁊ ab eo elõgat acceſ
ſus ⁊ receſſus maris p eam cauſatur. Si
gna aũt zodiaci quolibet menſe percurrit

De natura elementoꝝ Cap. 8.

i Gnis conſumit ⁊ interminat i ſi
militudinem ſuã ſibi appropinq̃
tia conuertit.motũ facit ď cẽtro ad circũ
ferentia.ardet ⁊ lucet in materia aliena
ſed nõ in ſua ſpera. Inferiora reducit ad
ſuperiora.qꝛ reſoluit terrea in aquoſa.a/
quoſa in aera.aera i ſe. Mollificat dura
⁊ indurat.mollia ſubtiliat.vt pꝫ in reſo
lutione glaciei ⁊ condẽſat. lutũ depurat
vt rubiginem in auro.⁊ corrũpit ſicut ea
que conſumit.frigefaciat per accidẽs.ut
pꝫ in aceto.eſt ⁊ penetratiuus.cõicatiu9.
⁊ diuiſiuus. Item ignis in ſpera ſua non
lucet .quia cõpactus non eſt. Nullum.n.
corpus dyaphanum lucet.ſed potius eſt
illuminabile. Sed etiam ignis i ſpera cõ
pactus eſſe eclypſaret omnes ſtellaſ que
ſupra ipſum ſũt. Ignis vero hic lucet a
pud nos propter materiaꝫ coadunatam
in qua eſt.hoc pꝫ.quia vna candella alte
ri oppoſita vmbram facit. Aer eſt ſubti
lis.mobilis perſpicuus per iſpirationem
⁊ reſpirationem. Caloris cordis tempe/
ratiuus.decoratur volatilibus. locus im
preſſionum manſio ſpirituum dãnatorũ
eſt ⁊ alterabilis.leuis atq3 rarus.non lu/
cet.ſicut nec aliquod corpus dyaphanuꝫ
ſed eſt illuminabilis. Aqua ſuper celos
eleuatur.piſcibus decoratur.tẽpeſtatib9
ſubijcitur omnis fõtes ⁊ flumina ad ma
re continuantur.ad locum vnde veneřt
reuertuntur. Aeri prebet aqua informa
tionem volatiliũ ornamentum ⁊ vegeta
libus nutrimentũ.⁊ optime.eſt termina
bilis termino alie nõ.ſꝫ minie ẽmino ꝓpo

Aqua corpus eſt diaphanum oibus eſt
comunis in chriſtallum cõgelatur:irideꝫ
vel ioni in nubib9 cauſat.ſordes purgat
ortos irrigat. febriſcitãtes ſua frigidita
te ⁊ humiditate delectat.naues uehit.lu
men recepit.ad ſuũ principium recurrit
loca vacua ſubicit.lapides cauat.ignem
extinguit.⁊ olim mundũ purgauit. In
mari rubro pplõ dei ceſſit de latere chri
ſti fluxit.hãc xp̃s in unũ mutauit.ac de ip
ſa baptiſmi materiã ordinauit. Terra in
ter alia eľa eſt infinita.nigra magis ďſpe
cta.ponderoſa.rotunda. elementis alijs
circundata.mater fructuũ radix plancta
ruꝫ.nutrix aialium edificioꝝ fundamen/
ta.mortuorũ receptaculũ.machine mun
dialis centrum.cõcludit in ſe infernũ fri
gida.ſicca opaca.corporis humani mate
ria. Seruat metalla cẽtro.motum centꝝ
ex vaporibus ſuis cõcutitur.incluſis hẽ
bis ⁊ floribus albet.⁊ decoratur. contra
eã motu circulari celũ cum ſideribus uo
luitur.ab hoibus ⁊ iuuentis calcatur.ho
rũ terre quedã cõpetunt ſcõm eẽ ſuum
quedã secõꝫ ſitum.quedã ſcõꝫ contem/
ptum quedã ſcõꝫ ornatũ.quedã ſcõꝫ uti
litatem.

De impreſſionib9 aeris. Cap. ix.

c Ommetes lꝫ appareat quaſi ſtel
la.nõ ẽ tamen aliud q̃ꝫ vapor iſlã
matus a vicinate ignis. Hic comas luis
fundit.et ďr ſignare mutationẽ regum.
aut bella.aut peſtilentias. Corona ẽ alb9
circulus.qui q̃nq3 apparet circa ſolem uľ
lunam.aut ſtellas alias.⁊ cãtur ex aliqs
nubiuꝫ p planetarum radios attractis ⁊
illuminatis.talis ẽt circulus figura ẽ ſe/
renitatis: Aſſub duplex ẽ aſcendens .ſ.
⁊ deſcendẽſ.aſcendens ſit ex vaporibuſ
inflãmatis in ſupremo aeris. ⁊ uř aſcen/
dere ſicut ſi euolarent ſintille de fornace
Aſſub vero deſcẽdens eſt ignis retẽtuſ
in nube.q tamen expellitur obuiãte nu/
be frigida.⁊ cadit continue propter qď
re q ſtella cadens ſit longa.qꝛ reliquit
ei9 veſtigia poſt ſe. Nubes ſiũt quando
a ꝟtute ſolis extrahuntur hũore.ſeu ua
pores de aquis ac plaudibus.⁊ locis hũi
dis.⁊ ferunt ſurſuꝫ. Nebula eſt id quod
ex nubibus aquã pluẽtibus relinqtur. ⁊
tõ nebula ſcõm Ariſto.ſignum ẽ ſereni/
tatis. Caligo.eſt vapor tenebroſus. que
vulgo appellatur nebula. Iſte vapore

non eleuat. s3 priusq̃ cõuertatur ĩ nubes vel ĩ pluuias deprimitur. ⁊ remanet iux ta terrã. Ros est id quod descendit ex vapore paruo. ⁊ in descensu suo tardat in pūis minuciis. pluuia est aqua descendens ex nubibus resolutis. velocitatem habens sue descensionis. ⁊ hoc guttatī Pruina ex vapore rorido que congelatur anteq̃ ex ipso resoluatur aqua. Nix generatur in nube calidissima. cuius congelatio simul fit cum cõuersione in aquã ⁊ ideo partes eius nõ inspissant. Grando generatur ex nube calidissima virtute solis multũ e leuata. que postq̃ in aquas resoluitur. tũc demũ in medio interstitio congelatur. Tonitruum est sonus uaporis sicci egredientes de nubes hũida vel in nube frigida ⁊ humida ⁊ scindit quidqd inuenit. Jris est lumen solis receptum in nube concaua ⁊ aquosa ac soli ex aduerso opposita. Glacies ẽ aqua congelata. Uentus ẽ vapor terreus supiora transcẽdens. ⁊ aerem fortiter pcutiendo ipellens. Uenti sũt quattuor principales. s. Subsolanus ab oriente tẽperatus habens a dextris vulturnũ deficã tem. ⁊ a sinistris currum nubes generantem. Jtẽ meridie est auster caldus qui flumina gignit ⁊ pluuias largas. habens a dextris affricũ calidũ. ⁊ a sinistris notũ temperatũ quidẽ. sed pestilentias inducẽtẽ. Jte3 a septẽtrione ẽ aquilo frigidus habens a dextris grecũ niues faciẽtem ⁊ grandines a sinistris boreã nubes constringentẽ ac pluuias prohibentem. Jtem est zephyrus flores producẽs habens a dextris circiũ tẽpestates. ac pluuias a tonitrua generantem a sinistris fauonũ in oriente nubila. sed in meridie serena facientem. Turbo ẽ ventus egrediens de nube in seipsũ. ⁊ egrediẽs vl duo venti lateraliter sibi orientes. se seq̃ iuxta terrem orbicul'r inoluẽtes. Terremotus est vapor grossissimus extractus de pfundo terre non potens exire propter superficiẽ terre ⁊ illius soliditatẽ sicque coartatus in interioribus cõcauitatibus terram concutit.

De tempore Cap. .x.

Tempus ẽ mẽsura mot⁹ primi mobilis. ⁊ hoc p3. q2 hic est tempus. ⁊ nõ in celo secũdũ suã subã3. quia hic mutatur oĩa. ⁊ non ibi hic ẽ. n. nunc hyems nũc estas. nũc pax nũc discordia. nũc trãq̃litas. nũc tempestas. Mutabilitas rex ostẽditur in hoc q̃ ea que pcipue mũdus ãplectitur. s. sapientia ⁊ potentia i orientem ceperunt. ⁊ terrã habitabilem pcurrerunt vsq3 ad occidentem in signum q̃ omnia tendunt ad occasum. Nam studiũ sapientie cepit in Egypto. postea fuit in grecia. post hoc Rome deinde in Francia. ⁊ in Anglia. Silr regna pmo fuerũt in oriente post in Grecia. post apud Romanos. nũc potestas imperiĩ residet in germania. Propterea. Jacobus c õpat vitam nostram. ⁊ hec mutabilia vapori Salamon sõno. Jsa. baculo harũdineo ⁊ liber regum aque dilabenti. Eẽ est inter tẽpus. ⁊ euũ. ⁊ eternitatem. Nam tẽpus habet principium et finem Euũ caret fine. sed non principio. Eternitas caret vtroq3 termino. quia est mensura interminata. Jste sunt etates mundi. Prima est ab Adam vsq3 ad Noe hñs iuxta hebreos annos. 1656. sed secundum. 72 interpretes hñt. 2242. Secũda ẽ a Noe vsq3 ad Abraham. hñs secũdum hebreos annos. 292. sed secũdu3. 72. 1072. Tertia est ab abraham vsq3 ad Dauid. hñs annos secundũ Hebreos. 972. s3 scd̃m. 72. 1130. Quarta est a Dauid vsq3 ad trãsmigrationem Babilonis. habens ãnos secundum hebreos. 473. sed secundum 72. 485. Quinta ẽ a trãsmigratione3 Babilonis vsq3 ad christum. hñs annos secundum hebr. 585. sed secundum. 72. 578. Jgitur ab exordio mundi vsque ad christum secundum hebreos hẽmus annos. 3952. sed secundum Hieronymu3

ē hec computatio. ſecundum vero. 72.
quos greci ſequunt. 5508. Euſebius aūt
quem Horoſius ſecutus ē inter vtroſqꝫ
incedens numerat ānos. 5198. quos pene
oēs latini ſequūtur. Sexta etas ē a xpo
vſqꝫ ad finem mūdi. Septima ē quieſcē
tium. ꝛ cōcurrit cuꝫ ſexta. Octaua eſt re
ſurgentiū. Porro ſecundum hebreos i
prima etate ſūt generationes. ſ. 10. In ſcđa
10. In ṫtia. 14. In. 4. 17. quas tm̄ Ma
th. gr̄a myſterij. 13. ponit. In. 6. 13. Eta/
tes hoīs ſūt iſte. ſ. Prima eſt infātia a na
tiuitate vſqꝫ ad. 7. annos. ſecđa eſt pueri
tia vſqꝫ ad. 14. annos. tertia ē adoleſcen
tia a. 15° ānos vſqꝫ ad. 28. 4. eſt iuuentꝰ
a. 28. vſqꝫ ad. 49. 5. eſt ſenectꝰ a. 50. vſ
qꝫ. ad. 78. 6. eſt decrepitas ſab anno. 79
quouſqꝫ vita finitur. Dignitas dn̄ici diei
notatur in hoc ꝙ fuit pͥma dierum. Iteꝫ
vt dicitur erit vltima dies. Itē nox illaꝫ
nō preceſſit. Item nox illi non ſuccedit.
Item celum ꝛ terrā in ea ſūt creata. iteꝫ
angelus in ea cōuerſus eſt ad deum. Itē
primo data ſunt in ea filijs Iſrahel man
data. vt dicit. Origines. Itē in ea chriſtꝰ
natus eſt. Itē chriſtus in ea ſurrexit. Itē
in ea ſpiritus ſanctꝰ datus eſt apl̄is. Itē
omnes i ea reſurgens atqꝫ iudicabimur
Item in ea continuandum ē perpetuo in
laude dei.

De angelis in cōi.

Cap xi.

a Angelus eſt ſecundum Damaſce/
num ſubſtantia intellectualis ſem
per mobilis arbitrio libera icorporea đo
miniſtrans. immortalitatem ſuſcipiens
ſecundum gratiā non naturam. Subſtā/
tia ponitur in hac diffinitione pro generꝫ
ꝛ ponitur hoc ad differentiā accidentis.
Intelligitur etiaꝫ ſubſtantia qualitercū
qꝫ compoſita ex eo ꝙ eſt ꝛ quo ē. Intel/
lectualis dicitur potius q̄ꝫ rationalis. qa
ratio eſt virtus collatiua cauſe ꝛ cauſati
ꝛ ideo compoſita. vt omis homo animal
ſor. ꝛc̄. Sylogiſmus nihil aliud eſt q̄ꝫ diſ
curſus a cauſa in cauſatum. Intellectus
eſt de ratione ſui. nec compoſitioneꝫ ha
bet ꝛ collocationem. ſed eſt ſine inquiſitō
ne ꝛ compoſitōne. ꝛ ideo competit naturꝫ
magis ſimplici pro đr̄a. vt eſt angelus.
Nō aūt đr̄a eſt nature minus ſimplicis.
ſ. hoīs ſemper mobilis. non dico de loco
ad locum ſed mobilitas dicit hic triplicē
mobilitateꝫ in angelo. ſ. nature. intelligē
tie. ꝛ voluntatis. Mobilitatem enim hꝫ
nature. qꝛ omne creatum ꝟtibile ē i nihi
lum. niſi manu omnipotentie diuine cōti
neatur. Mobilitatem intelligentie hēt.
quia licet in angelo nō ſit viciſſitudo itel
ligentie. quo ad ſcita in verbo. cum de
formem habeat itellectum ſecūdū Dio.
poteſt tamen in eo eſſe viciſſitudo intelli
gentie. quo ad cognitionem rerum in ꝓ
pria natura. ꝛ quo ad diſcenda. ꝛ hoc eſt
quod dicit Aug. ꝙ omne creatum hēns
intellectum itelligit vnū poſt aliud. Itē
i voluntate mobilis eſt angelus. quia nō
ſimul vult hoc ꝛ illud. Item poteſt dici
mobilis motu dilectionis. Arbitrio libe/
ra hoc nō dicitur propter deflexionē ad
bonum indifferēter. ꝛ ad malum. ſed ꝓ
pter liberam electionem eorum que vo
luerit. vnde bonus āgelus ſemper eligit
libere bonum ꝛ angelus malus liberꝫ ꝛ ſi
ne coactione elegit malum. Incorporea
ſubſtantia dicitur. quia angelus habet ꝓ
prietatem corporis. nō naturam ſcilicet
in loco contineri Cum enim corpus ſit i
loco. circūſpectie ꝛ diffinitie ē āgelꝰ dif
finitie i loco. Deo miniſtrās. Miniſteriū
hic pōitur pro quocūqꝫ obſequio. ꝛ ſecū
dum hunc modum tam. aſſiſtentes q̄ꝫ mi
niſtrantes q̄ꝫ etiam demones miniſtrāt.
Immortalitatem ſuſcipiens ſecundum
gratiam nō naturam. quia rediret in ni/
chilum. niſi per gratiam cōſeruationis
detineretur. Angelo attribuuntur quat
tuor. ſ. eſſentie ſubtilitas intellectus per
ſpicacitas. liberi arbitrii facultas. diſcre
tio perſonalis. In primis tribus conue/
nit anima cum āgelo. In quarto nō. quia
aīa nō ē perſona hēt ēt alia tria āgelus

.s. vertuositatē in operando officiositatē
in ministrando imutabilitatem post elec
tionem. siue in bono. siue in malo. Diffe-
rentie quattuor assignātur inter angelū
⁊ animā. Prima ⁊ principalis est penes
eē naturale. q2 anima est vnibilis corpi.
ēt actu sepata. āgelus nō. secūda ē penes
eē logicū. i. diffinitionē. q2 anima rōnalis
ē. sed angelus itellectualis. Aia. n. appre
hendit inquirendo ⁊ cōferendo angel's
vero intuendo. tertia ē penes esse meta-
phisicum. i. separatū a materia. ⁊ a motu
q2 angelus non habet passibilitatē. nisi re
spectu superiorū. aia vero respectu infe
riorū. q2 inutantur a sensibilibus. quarta
est penes esse theologicū. q2 aima verti
bilis ē a bono in malum. ⁊ econtrario.
angelus vero nō quia manet in eo ad qō
se conuertit. siue bonum sit siue malum.
Angeli. n. sūt oēs files i eo qꝫ imortales iui
sibiles. idissolubiles. simplices. discreti ꝑ
sonis. incōmutabiles. icōicabiles sūt alte
ri9 nature. sed dissimiles sunt in donis gr̄e
et nature. Preterea dicit. Dio9. qꝫ in oi
natura spirituali creata. aliud est essentia
aliud est virtus. aliud est operatio.

De distinctione colestium hierarchia
rum Cap. i2

b Jerarchia triplex est. s. superce
stis. celestis. ⁊ subcelestis. Super-
celestis est in tribus personis. ut qdaꝫ di
xerunt. ⁊ male. q2 secūdum. Dio9. hierar
chia dicit ordinem. ⁊ ille absolute nō est
in tribus. personis. sed tm̄modo ordo na
ture. Celestis est in ordinibus angelicis
Subcelestis in hoibus scis. Porro hie
rarchia celestis diuiditur in superiorem
mediā. ⁊ inferiorem. Superior continet
tres ordines. s. cherubin. seraphin ⁊ thro
nos. quorum primi considerant dei boni
tatem. secūdi dei veritatem. tertij dei eq
tatem. Iteꝫ in primis deus amat vt cha
ritas. In secundis noscit. vt veritas. In
tertijs. sedet. vt equitas. Media conti-
net dn̄ationes. principatus. ⁊ potestates
quorum primi regunt officia angeloruꝫ
sequentes capitibus presunt pplorum.
Ultimi ptātem coercent demonū. Item
in primis deus dominat̄. vt maiestas in
sequentibus regit. vt principatus. in vl-
timis tuet̄ vt salus. Inferior hierarchia
similiter continet tres ordines. scilicet.
virtutes. archangelos. angelos: ad quoꝝ
priores pertinet miraculorum operatio
Ad secundos maiorum negociorū denū
ciatio. Ad tertios humane custodie solli
citudo. In primis deus opatur vt virtus
In secūdis deus reuelat. vt lux. In t̄tijs
mittit vt inspirans. Hec dicta sunt scōꝫ
beatū. Gre. ⁊ secūdum Ber. sed secūdū
Dio. Uirutes sunt medius ordo secun
de hierarchie. ⁊ principatus primus or-
do tertie hierarchie. Hic attēdenduꝫ qꝫ
in qualibet triū hierarchiarū premissaꝝ
notat̄ trinitas diuinarū personarū. ut pꝫ
i celesti hierarchia. tam superiori. qꝫ me-
dia. qꝫ etiam inferiori.

De proprietatibus angelorum.
Caplm. i3

a Ngeli secūdum Isidoruꝫ. sūt spū
ali subā facti ante omnē creaturaꝫ
creati natura mutabiles conditi. sed cōtē
platione imutabiles facti animo ipassibi
les. mente rōnales. felicitate securi. futu
roꝝ prescij. iussi mūdū regūt. missi corpo
ra aerea sumūt in celestibus cōmorātur
Ber. de eodem. Inuestigemus iuestiga
bilia. ⁊ primo spūs esse potentes glorios9
beatos distinctos in personis dispositos
in dignitate ab initio stantes i ordine suo
ꝑfectos in gn̄e suo. imortalitates ꝑpetu
os. mēte puros. affectu benignos religio
ne pios. vnanimitate iduisos. pace secu
ros. diuinis laudibus ⁊ obsequijs dditos
Itē secundū Ber. In angel' ē dignitas
creatōis gr̄a. cōfirmatōis. amor creatoris
visio diuinitat'. ē ēt i angelo ꝑ oia. sicut
supradictum ē eēntie subtilitas. itelligē
tie perspicacitas. liberi arbitrij facul
tas. agilitatis velocitas prompte om
nes obediunt. maiores sine elatione
presunt. minores sine vitio subsunt.

qui ad exteriora exeunt. ab interiori cōtē
platione non recedunt. oēm veritatem i
feriorum superiores participant. non e/
contra. Qui excellunt i natura precedūt
in gratia ⁊ gloria. In eodē ordine alij eē
alijs digniores duplicem habent visionē
.s. maturam ⁊ vespertinam. Illuminatio
nes quas a superioribus recipiūt alijs tri
buunt. De proprietatibus ⁊ officiis sin/
gulorum ordinum.

Cap. 14.

P Roprium est seraphin in amorē ar
dere. alios ad incendium diuini a
moris promouere. ⁊ deum ordinare. for/
mam diligendi tribuere. Isti immediate
deo iunguntur. ⁊ ideo purius ⁊ sanctius i
ipsos operationes theophanie deferunt
ad aliud quoqꝫ extra amatum non diuer
tunt. Cherubi quoqꝫ primo ⁊ p̄ncipaliter
relucēt diui luminis radio pro eo ꝙ vici
nius diuine ⁊ prime veritati iunguntur.
Horum officium est promouere homies
ad diuinam cognitionem. ideo dr̄ pre ce
teris lucere. quia plenitudinem luminis
quam suscipiunt alijs inferioribus comu
nicando transferunt. Throni dicūtur eo
ꝙ in eis dn̄s sedat. ⁊ iudicia sua ꝑ eos de
terminat. In his ergo precipue relucet
rectitudo diuini iudicij. Hi quoqꝫ verita/
tem dei quā supra se accipiunt ad inferio
res transfundunt. Dominatiōes dr̄ eo
ꝙ ceteris angelis dominantur ⁊ ab omni
oppressione sūt liberi. ⁊ nulli inferiori sbi
iciuntur. Horum officium cōm Grego.
est in bello spirituali instruere qualiť opō
teat prelationis officiū exercere. ⁊ qualiť
debeant subditis dominari. Horum offi
cium ē secundum Dio. timore seruili de
posito in deuz moueri. ⁊ incessanter ei fa
mulari. Principatur subditis āgelis pre
sunt. ⁊ eos ad ministeriū diuinum explen
dum disponunt. Ad hos pertinet secun/
dum Dio. vniuersale regimen vnius re
gni ⁊ gentis ducere ad ei similitudinem.
Ministerium quoqꝫ eorum ē secundum
Grego. docere hoies. exhibere reueren
tiam vnicuiqꝫ secundum gradum suum.
Horum ēt officium est promouere homi
nes. vt non propter vtilitatem propriaz
sed propter solius dei amorē ⁊ honorem
faciant iustitiam. Potestatibus secūduz
Isido. virtutes aduerse subiecte sunt ne
mūdo tantum noceant quantuz cupiunt.
Horum officium secundum Grego. ē il/
los qui in spirituali certamine desudant
confortare. ⁊ ne spirituale regnum amit
tant defendere. Et secunduz Dio. ad ip
sos spectat angelos inferiores quantum
possibile ē diuine potentie cōformare. vir
tutes sunt infatigabiles ad excutionē fa
ciendorū ⁊ robusti ad perceptionez mu
nerum. Horuz officiū est secunduz. Dio.
docere prelatos vt facile ⁊ perseuerāter
ad officiuz prelationis ꝑtinet exequātur
⁊ spiritualia onera sustineant patienter.
Item per istos fiunt. ⁊ virtutes faciendi
mirabilia perfectis conceduntur. Archā
geli sūmi nuncij nuncupantur. ⁊ summa
nunciant. Horum officium ē secundum
Greg. de his que pertinent ad promotō
nem fidei. vt de natiuitate xp̄i. ⁊. de factis
eius hoies expedire. ⁊ demones ab homi
nibus remoueř. secundū Dio. prophetias
reuelare. Isti illuminationes quas a suꝑ
ioribus suscipiunt inferioribus ānunciant
⁊ per eosdem nobis. Angeli sūt in celesti
dispositione ultimi ⁊ hominibus magis ꝓ
pinqui. Angelus nomen ē officij. non na
ture. Isti minora nunciant. ⁊ hoies ad di
uinam cognitionem ducūt. ⁊ vt iuste vi/
uāt instruunt. Hi se sursum extendūt per
dilectionē dei. ⁊ in semetipsis firmantur
ꝑ custodiaz sui. ac sub se progrediunť ad
auxiliuz ꝓximi. Nos autē assimilari dbe
mus seraphin ꝑ charitatez. cherubin ꝑ
cognitionem thronis ꝑ eqtatem. dn̄atiōi/
bus carnē spiritui subiungando. p̄ncipati
bus reuerentiā maioribus exhibendo. po
testatibus tētationibus diabolicis resistē
do. Item debemus assimilari virtutibus
ꝑ compassionē. archāgelis per instructio
nem. angelis ꝑ obsequij exhibitionem.

De cognitione ⁊ motu angelorum.
Cap. xv.

a Ngeli cognitionē habent matuti/
nam.hoc eſt cognitionem rex̄ i vē
bo.Item veſpertinam.i.cognitionem re
rum in ſe.Item meridianā .i. aptam dei
viſionem.Eſt ⁊ alia cognitio angelica. ꝑ
ut maiores iudicant minoribus que ꝑ di/
uinaſ theophenias perceperīt.Theophe
nia vero ē oſtenſio alicuius cognoſcibilis
de deo per illuminationē de deo venien
tem.⁊ hoc pōt eſſe. vel in ſymbolis.vl̄ fa
cie ad faciez.Nota ꝙ angelus i cognitio
ne rerum in ꝓpria natura cognoſcit pl̄a
ſimul habitu.non actu.Circa incarnatio
nē ⁊ paſſionez xp̄i ſciuerunt āgeli ſubāz
facti.ſed non oēs circunſtātias.vt quare
vl̄ quō.Preterea quecūq; angeli cogno
ſcunt remota ſicut ꝓpinqua.q² cognitio
eorum non per ſenſuz.ſed per intellectū
eſt.Status angeli triplex eſt.ſ inocentie
gr̄e.⁊ gl̄ie. Diſtinguitur motus angelox̄
tripliciter ſecūduz Dio.circularis rect⁹
⁊ obliquus.Circularis ē ab eodem in idē
⁊ contra idez centrū imobilem.hunc mo
tum habent angeli q immediate recipi/
unt illuminationes a deo.⁊ ꝑ illas reuer
tuntur ad deū.Iſtud āt conuenit ſupiori
hierachie tantum.Itē motu recto mouē
tur quando procedunt ad prouidentiam
ſubiectorum recte oia tranſeuntes.⁊ ibi
non reuertuntur ab eodē in deum. ſed d
vno ad aliud.Item ē in angelis mot⁹ ob
liquus qn̄.cognitionem inferiorum qbuſ
prouident reflectunt in deū principium
⁊ finē pulchri ⁊ boni. Nota dr̄am inter
aſſiſtere et miniſtrar̄.quia aſſiſtere eſt fa
ciem contemplari.ſic aſſiſtunt omnes bo
ni angeli.Item aſſiſtere ē immediate re
cipere illuminationes a deo. ſic aſſiſtunt
tm̄ tres primi ordines.Item aſſiſtere eſt
appropinquare deo ⁊ extraneum eſſe ab
exterius miſſione ſic aſſiſtunt quattuor p̄
mi ordines.Miniſtrare vero ē nunciare
pro tēporis opportūitate.vel operari ſe
cundum officium.eſt.n.miniſtrare nuncij
uel officij.Erratuz eſt circa motū angelo
rum tribus modis. Dicebant.n.quidam
phi ꝙ angeli nūq; mouētur:ſed mouent
ſperas.⁊ per eas uolūtates hominū.Itē
dixerunt quidā alij ꝙ angelus ſit in plu
ribuſ locis etiaz vbicūq; ſi voluerit.Itē
dixerunt alij ꝙ angelus ſic venit de fine
ſpacij ꝙ non tranſit media.ſed tranſilijt
Illud quoq; pretermittendum nō eſt ꝙ
vnuſquiſq; ordo ab eo denominat̄ ſecun
dum ꝙ reſpectu inferiorum ordinuz ali
quid excellentius accedit in munere.

De prelatione angelorum.
Cap. 16.

p Reſunt quidā angeli regionibus
vt dr̄ Daniel̄.7°.Princeps gre
coruz ⁊ ꝑnceps ꝑſarum.⁊c̄.Quidam ꝓ
ꝑſūt eccleſijs.Apoc.ſcd̄o. Angelo ephe
ſi eccleſie ſcribe.Item alij preſunt ꝑſoniſ
Actuum.12.Angelus petri credebat̄ ad
hoſtiū ſtare.quidaz etiam ſpiritus mali/
gni dr̄ uitiis preeſſe. vn̄ vocat̄ aliquis
ſpiritus ſuperbie ⁊ luxurie.⁊ huiuſmodi
Qd̄ autem ꝑlationes permaneant.vl̄ ꝙ
ceſſent poſt hanc vitam.Sciendū eſt ꝙ
hierachie ſemper ſtabūt quantuz ad in
ſtantiā beatitudinis.⁊ q̄ztum ad gradum
dignitatiſ.⁊ nobilitatem doni gratuiti ac
nature.Ceſſabūt prelationes āgelice ad
hoīs ⁊ ad āgelos.quo ad actū regiminis
ſcd̄z gubernationē mundi ⁊ electoruz ſe
cūdum viā ad ꝑriam.Prelatio āt in de/
monibuſ.quo ad offm̄ inſultandi ⁊ irridē
di.⁊ ſcd̄m ꝙ vnus ꝓuocat alterum i ma
litia ⁊ hoc nō deſtruet̄.pſal̄.lxxiii.Super
bia eox̄ q te oderūt aſcendit ſemꝑ.nec d
ſtruetur quo ad malitiā ⁊ naturā. Ceſſa
bunt āt eox̄ prelationes quo ad offm̄ ten
tandi eos q ſunt in via.In hoībus ēt pre
latiōes euacuabunt̄.q² erunt decani cen
turiones cyliarche ⁊ huiuſmōi. In crea
turis ſimiliter ceſſabūt ꝑlationes.q² ſup
iora non mouebūt tūc inferiora ſicut mō

De cōfirmatione angelox̄. Cap.xvii.

c Onfirmationē hz āgeluſ ex trib⁹
ſ.ex natura.gr̄a.⁊ gl̄ia.Ex nat̄a.q²

natura ſpiritualis ſemel tãtũ vertibilib
eſt vl'in bonũ vl'in malũ niſi ex unione
vnius cũ altero. ſicut pꝫ i aïa. que dũ eſt i
corpore poteſt mutari ſepius de bono i
malũ. ꝛ cõtra. ſoluta vero ñ. Huius autẽ
ratio eſt. qꝛ natura ſpiritualis pp ſuã ſim
plicitatem ſe totam cõuertit ad id quod
elegit. quod nõ facit natura ; vnita . quia
habet corpus retrahens. Ex grã ſilr hꝫ
cõfirmationẽ; qꝛ ſi aliquid cõnectitur ſta
bili eterno vinculo ppetuo illa cõnexio
ſemper manet. Sic angeli colligati ſunt
ſtabili eterno. ſ. de hoc vinculo indiſſolu
bili. ſ. charitatis. Apꝰ. xiii. Charitas nun
q̃ꝫ excidit. Ex gloria quoqꝫ hñt eã. qꝛ cuꝫ
habeãt per gloriam qui ẽ forma cõplecti
ua ãgelici deſiderij nõ vagãt extra ipſuꝫ
ut querãt quicq̃ꝫ illo melius vel deſidera
bilius atqꝫ iocũdus. Nihil. n. i creaturis
ĩueniũt quod poſſit eos a fõte die dulce
dinis auertere. Tenẽdũ eſt itaqꝫ ꝙ ãge
li bõi ex libertate arbitrij ad deũ. cõuer
ſi ſtatim fuerũt per grãm ꝛ gloriam; i vo
lũtate cõfirmati fideles ac felices effec
ti. atqꝫ i rõne illuſtrati. ut nõ ſolũ cognoſ
cerẽt res i proprio genere. ſed etiã i arte
hoc eſt i verbo. filius. n. dr̃ eſſe ars pr̃is p
quã opatur. Acceperũt autem i ſe pfec
tionem i virtute operatiua. ſiue exequãt
illaꝫ aſſũpto corpore. ſiue aliaſ. atqꝫ pfec
tionem i virtute cõtẽplatiua qua quoqꝫ
mittãtur ĩtra deum currũt.

De cuſtodia angelorum. Ca. iß.

a Ngeli nobis ad cuſtodiã deputa
ti tenẽt nos ſtãtes ne cadamus. ꝛ
cadẽtes nos adiuuãt vt ſurgamus. nec
unq̃ꝫ nos deſerũt etiã peccãtes quin ſint
ſemper pati auxiliari ſi volumus. Hoc
tamẽ fal'it i obſtinatis a quorũ cuſtodia
deſiſtit angelus actualiter. paratus ẽ tñ
cuſtodire ſi redire voluerit qꝛ nũq̃ꝫ deſe
ritur hõ ex toto ab ãgelo nota ꝙ chriſtꝰ
nõ habuit deputatũ ſibi angelũ qꝛ aĩa
eius ſuperior fuit oĩ angelo. ſed antixp̃s
hẽbit qnẽꝫ lꝫ pp nimiã ſuã obſtinationẽ
ſuã nimiã ñ ſit hiturꝰ ſcðã pmotõeꝫ hẽ
bit tñ ad accuſatiõem Effectus aũt ange
lice cuſtodie multiplex ẽ. Primus ẽ ipe
dimenta boni ꝛ occaſiones mali ꝛ actõẽs
peccandi remouere. Exodi. xxiii. Mittã
angelũ precurſorẽ qui exijciat. Jebuſeũ
Secundus eſt tẽtatiões mitigare Dañ.
tertio. Angelus dñi deſcendit i fornacẽ.
ꝛc̃. Tertius eſt cõtra hoſtes viſibiles ad
uiare. quarto. Regũ. Heliſeus vidit ca
ſtra angelorũ. Quartus ẽ orationes no
ſtras ꝛ elemoſynas dõ preſẽtare. ꝛ p no
bis orare. Thobie. ii. Quãdo orabas cũ
lachrymis. ꝛc̃. Quintus ẽ viam oſtẽdere
Thobie. v. Ego ſanũ ducam ꝛ reducam
ꝛc̃. Sextus eſt i agẽdis docere. zacharia
ſcðo de angelo qui inſtruxit eũ dẽ fabris.
Septimus eſt ſe ipſum ꝛ alia ſecreta re
uelare. Thobie duodecio. Ego ſum ra
phael ãgelus. Octauus eſt a peccatis ex
citare Actuũ. iii. Surge velociter. No
nus eſt ad feruorem excitare. tertio. Re
gum. 19ꝰ. Surge comede grãdis eĩm ti
bi reſtat via. Decimus ẽ conſolari. Tho
bie. v. Forti animo eſto i proximo ẽ ut a
deo cureris. Uñdecimus eſt de peccatis
icrepare. Judith. Dixit ãgelus populo
Iſrael. Cur cõtra deum feciſtis. Duode
cimus eſt cõtrarias poteſtates arcere. ne
tãtum nocere valeant quantum uelint.
Thobie. octauo. Qualr̃ angelus aſmo
deum ligauit angeli ſeruiũt nobis pp̃t
tria. ſ. pp ruine ſue reparationẽ. qꝛ hoĩeſ
ſaluãdi ĩtrabũt i locũ cadẽtiũ ãgeloruꝫ.
Jtẽ pp meriti accidẽtalis cumulationẽ
qð augetur i eis vſqꝫ ad diẽ iudicij. Jteꝫ
propter amoris erga nos demonſtratio
nẽ. Dionyꝰ attribuit angelo tres actus.
ſ. purgare illuminare ꝛ pficer̃. Purgãt
itaqꝫ ãgeli remouendo fantaſmata que i
pediunt illuminationem quam angelus
intendit facere in nobiſ. Unde tria remo
uẽt ab anima ſcilicet ignorãtiã ꝛ nubila
fantaſiarũ ac falſas opiniones phicaruꝫ
rõnum reuelationi ꝯtrariarũ. Jlluminãt

vero animam tripliciter ad ſenſũ. vt pꝫ
q̄ñ aliquid manifeſtatur in aſſumpto cor
pore. ⁊ hanc ptãtem ẽt habet diabolus.
Item ad intellectũ. ⁊ talis illuminatio ſo
lũ perfecta. eſt Notandũ autẽ ꝙ angeluſ
ñ illuminat intellectũ efficiendo nouã co
gnitionez in aīa. qꝛ non pōt intellectu no
uã ſpẽm creare nec hitum noui luminis
creare vel excitare. ſꝫ nec eius intẽtionẽ
quo uult cõuertere pōt. qꝛ hoc ē contra
naturã liberi arbitrij. Hec. n. tria requi/
runtur vt intellectꝰ nr̄ intelligat aliquid
.ſ. ſpecies qua cognoſcatur. ⁊ lumẽ in quo
cognoſcat ⁊ itẽtō qua ꝯuertat ſe itellectꝰ
ſuper ſpeciẽ. Illuminat ãt angelus intel
lectum nr̄um excitando ⁊ diſponendo ⁊
lumẽ diuinum in nobis trãſferendo. Fa/
cit. n. ut dictũ eſt in fantaſia tranſmutatō
nem ſpecierum cõponendo ⁊ diuidendo
ſecũdum exigentiã rei quã vult reuelare
Item irradiat lumẽ intellectus ſui ſup il
las ſpẽs vt moueant itellectuꝫ nr̄uꝫ. ⁊ ſic
plura ⁊ ſuptiliora uidere pñt in lumie du
plicato. Iteꝫ excitat intẽtionem aīe aliqꝰ
motu vt ipa cõuertat ſe ſuper illa fantaſ
mata obſtrahendo ſe ab alijs. Proficiũt
aũt. i. promouent ad melius. Sꝫ vtruꝫ an
gelus accẽdere poſſit effectũ humanum
tripliciter poteſt itelligi. ſ. efficiendo vel
mouendo vel excitãdo ⁊ adiuuando. Pri
mo modo ſolus d̄s poteſt iflammare affe
ctum. ſ. per effectũ. Secundo mō ipſum
deſideratũ iflammat. ſ. excitãdo ⁊ iuuan/
do. Tertio mō poteſt angelus affectũ no
ſtrũ incẽdere ꝑ motum. De iſtis hẽmus
exemplũ in naturis. qꝛ primo ignis accẽ
dit ligna. Secundo modo ligna incẽdunt
ignem. Et tertio q ligna igni apponit in/
cẽdit ignem. Differentia ē inter mittere
cogitationẽ ⁊ incẽdere. ⁊ mẽtem illumia
re. qꝛ cogitationem imittere eſt vt dicit
Beda intus creare ⁊ facere cognitionẽ
ſed incẽdere eſt cogitationẽ iam factam
inflãmare. Illuminare vero ē dare reue
lationem d̄ aliquo occulto intelligibili.
De locutione angelorum.

u Erbum. triplex ē. ſ. mentis oris ⁊
operis. verbo mentis loquit̄ deus
ãgelo. ⁊ econtrario. Itẽ deus anime ⁊ e/
conuerſo. Itẽ deus diabolo ⁊ ecõuerſo
cuius tñ intẽtio deum latere nõ poteſt. Ver
bo aũt oris loquitur homo hōi corpore
vnito anime. Angelus vero hōi in corpo
re aſſumpto. ſꝫ verbo operis loqtur deꝰ
diabolo. ⁊ ãgelus diabolo. De locutiōe
itaqꝫ angelorum. Nota ꝙ angelus loquit̄
deo cũ ex viſis in motũ admirationis ex
urgit vel cuꝫ effectus ſuos ei preſentat.
quos tñ eũ latere minime dubitat. Ange
lus vero loqtur angelo uerbo mẽtis ſue.
ſpecies oſtendendo mediãte illuminatōe
quedã ſpirituali irradiãte ad ipſo. Itẽ an
gelus facit coram ãgelo. quo facto itelli/
git qđ non intelligebat. Et ſic loquũtur
omnes omnibꝰ. ſ. maiores iferioribuſ ⁊ e
conuerſo. Item loquitur angeluſ angelo
per cōicationem diuini luminis ipſũ iſtru
endo. ſic non loquunt̄ oēſ omibus nec oīa
ſꝫ tm̄ ſuperiores inferioribus de hiſ que
per diuias theophoniaſ ꝑceperunt Loq
tur aũt ãgelus hōi dupliciter. primō mō
verbo vocali in aſſumpto corpore. ſꝫ tũc
ſicut non profert ſonum in organis mat̄
ialibus ſecundũ naturaꝫ. ita nec circulari
ter imutat mediũ quẽadmodum in voce
naturali. vñ nõ auditur niſi ab illo ad quẽ
ordinatur. ⁊ ſimile eſt in apparitionibus
angelorum quos quidam vident. ⁊ alij e
que propinqui nõ vident. vt apparet in
Heliſeo ⁊ puero eius. Dicunt tamen ali/
qui ꝙ angelus nunquaꝫ apparet vel ap
paruit. aut loquitur homini in ſubiecta
creatura. ſed inten ionem ſiue ſimilitudi
nem imponit in oculo eius. vel intentio/
nem vocis ponit in aure eiꝰ. ⁊ ita recipit
ſenſus comuni ſpecieſ illas. ac deide pro
ueniunt ad imaginationem. poſt hec ad i
tellectum. ⁊ hoc eſt ꝙ angelus dicitur ap
parere vel loqui homini. Secũdo modo
loqtur ãgelus hōi ꝑ ipſſionẽ reꝝ ſẽſibiliũ

moto instrumento imaginis. ⁊ sic loquit vigilantibus ⁊ dormientibus. Item loq tur angelus diabolo. spēs sui intellectus ei sine aliqua illuminatione ostendendo. Item loquitur diabolus hōi dupliciter. Primo modo sensū imutando ⁊ hoc uł imaginationem alicuius rei imprimēdo instrumento visus vel obijciendo visui similitudinē alicuius rei. Secundo modo loqtur diabolus homini per impressio-nem rerum sensibiliū in instrumēto imaginis. ⁊ hoc facit quādoq; vigilantibus qn̄q; dormientibus. ⁊ sic imittit cogitatō nem mali cogitationem malā non potest imittere que tm̄ mala fit per cōsensum. Est ⁊ locutio aīarum q: anima loquitur deo p desideriū cuius affectiones nude sūt. ⁊ apte oculis dei. Anima similr̄ an-gelo loquitur. sed hoc p voces corporis quas bn̄ pcipit angelus sicut ⁊ alia sensibilia vnde existens in anima in corpore alia spāli potāte loquendi ad angelos nō indiget. sed hanc habebit exuta a corpe Item aīa loquitur diabolo. q: similitudines affectionum' imprimūtur sensibus vbi diabolus legit eas.

De spiritualibus noībus angeloruz Capitulum. 20.

d E Michael ⁊ Gabriel ⁊ Raphael nominibus. Sciēdum ē q̄ hec sunt propria nomina archangelorū licz eorū interpretationes cōueniant excel-lentius. Michael interpretatur qs ut d̄ us. Hic est de ordine principatuum ⁊ attribuūtur' ei quattuor. s. esse prepositum paradisi. i. ecclesie. sicut ⁊ olim fuit princeps synagoge. Item deferre aīas ipa-radisum sed hoc intellige q̄ gloriosus d̄ ferat q̄z alii. Item pugnare cū dracone i. diabolo sicut legitur in Apoc. xii. factū prelium magnū. Michael ⁊ angeli eius preliabantur cum dracone. Itē veniri i adiutoriuz populo dei. Gabriel interpretatur fortitudo dei. Hic est de ordine archangelorum ⁊ merito quia magna nunciauit. Raphael' interpretatur medicia dei. ⁊ de ordine angelorum est. qua vnaz personam custodiunt.

De casu angeli. Cap. 21.

o Mnes angelos fecit deus bonos non tn̄ sūmos. sed medios inter sūmū bonū ⁊ bonum cōmutabile quod est creatura. ita q̄ si cōuenerētur ad amādū deū qui supra se erat ascenderent ad statū grē ad glorie. Si vere auertarentur ad bonum cōmutabile quod fuit infra se hoc ipo irruerent in malū culpe ⁊ pene. q: non ē dedecus peccati sine decore iu-stitie;

De spirituali casu. Cap. 22.

c Asus diaboli duplex fuit. s. spiritualis ⁊ localis. Spiritualis. q: ceci-dit de nature puritate. de flexibilitate liberi arbitrij ad cōmutabile bonū d̄ luce in tenebras de scīa ad ignorantiā. de innocentia ad culpā de felicitate ad penaz d̄ dilectione in odiū. Post casū. n. factus est ipenitens ⁊ obstinatus i malo ⁊ excecatus a vero ⁊ deordinatus in bono. ⁊ infirmatus in virtute. ⁊ exclusus a dei cō-templatione. Preterea volūtas eius impia conuersa ē ad hōis odiū ⁊ inuidiam. vnde toto conaīe nit tur ad eius subuersionē per tentationem multiplicem.

De locali cāu. Cap. 23.

c Asus etiaz diaboli localis fuit; q: vel in infernū uel in caliginosum aerē q ē in medio. i. iterstitio aeris corruit Demones. n. nō sūt in supiori pte aeris ne lumie gaudeant. nec sūt in pte iferiori ne nimis cōtra nos seuiāt. Un̄ notādū ē q̄ in demonib⁹ ē tria cōsiderare. s. naturā officiū ⁊ peccatū. Et nature qdē cōuenit locus sūmus. i. celū i quo tāq; in loco cōgruo sūt creati. ⁊ postmodū in natura si stetissēt pficiendi. Offō vero qd̄ hn̄t exercēdi hoies cōuenit locus medius. i. aer caliginosus ubi ⁊ satis proping sunt nobis tētādū. ⁊ tn̄ nō hn̄t lumē ad gaudēdū. Sz pccō cōuenit locus īfimus. s. ifer-nus. Un̄ ⁊ demōes post finē mūdi qn̄ cessauit eo℞ offm̄ d̄trudēt siml' i ifernū. di-cūt qdā q̄ āgel⁹ cecidit scd̄a die. sz cōior

ē opinio q̄ prima de subito post creatio nē suā ceciderit. Dicit̄ cōiter q̄ dicimus chorus āgelorum ceciderit. sed hoc non dr̄ q̄ decem ordines angelorum fuerūt sed q̄ tot de singulis ordinibus ciderēt q̄ poterant facere chorū unum. Nouē ordines angelorum. s. quilibet ordo ha bet suas legiones. Legio aūt angelorum hēt. 6666. vnitates. Tot āt in singulis ordinibus sunt legiones quot in legiōe sunt vnitates.

De restauratiōe ruine.

Cap. .xxiiii.

a Ngelorū ruina restaurabit̄ sal uandos. Dicit āt Aug. q̄ tot saluabūtur hoīes quot angeli ceciderūt. Gre. vero dicit q̄ tot homines saluabuntur quot ā geli perstiterunt. Dixerunt ēt quidā q̄ duo parietes erūt in celo. s. vnus homi nū ⁊ alius angelorꝝ ⁊ q̄ ruina āgelica re staurabitur per ꝟgines. ⁊ de alio parie te tot sunt saluandi quot in alio pariete sunt virgines ⁊ angeli. Cur peccatū dia boli sit irremissibile.

Cap. .xxv.

q Uare peccatū diaboli sit remissi bile assignāt plurime rōes. Pri ma ē q̄ secundū Aug. nullo suggerente peccauit. ⁊ ideo nullo reparāte redidit. se cunda est secūdū Dama. q̄ contra difor mem intellectum peccauit. Quanto aūt nobilior ē cognitio tanto peior est error Jo. xiii. Seruus. n. sciēs uolūtatē dn̄i ⁊c̄. Tertia secūdum eundem Dama: est qa angelus non ē susceptibilis penitētie un de nec venie. Quarta ē quia in diabolo extincta ē fidere sis quantū ad boni pro motionē. Quinta ē quia natura spiritu alis semel tantū uertibilis est eo q̄ tota se conuertat. qd̄ non facit homo q̄ caro semper repugnat spiritui. Status aūt ā geli mali triplex ē vt patere potuit ex p̄ dictis. Primus. s. nocentie. Secūdus cul pe. Tertius pene ⁊ miserie.

De proprietatibus d̄monū.

Capitulum. 26.

d Emones aūt sunt spiritus impu ri hūani generis inimici. mente rōnales. in nequitia subtiles. cupidi nocē di. per superbiam tumidi. semp in fraud̄ noui imutant sensus. inquināt affectus. vigilantes turbant. dormiētes per som nia inquietant morbos inferunt tempe stas concitant. in lucis āgelos se trāsfor mant. Semp infernum suū secum por tant: in idolis diuinū officium sibi vsur pāt. super bonos dominari appetūt. ma gice artes p̄ eos fiunt. bonis ad exercitiū dantur. semper fini hoīs insidiant̄. Tri plici acumine vigent demones. Primo subtilitate nature. ⁊ hoc p̄ cognitionem vespertinā. Secūdo experientia tēporꝝ Tertio reuelatione superiorꝝ spirituū. Primo modo intelligūt naturalia p̄sen tia. Secūdo mō futura naturalia. Tertō modo cognoscūt voluntaria. Multipli citer vero diabolus nominatur per qd̄ ⁊ proprietates sue cognoscuntur. vocat̄ enim diabolus. qd̄ interpretatur d̄fluens q̄ defluit. i. corruit spūaliter ⁊ localiter sicut dictum ē grece interpretatur dia bolus clausus ergastulo ⁊ hoc sibi conue nit. q̄ non p̄mittitur tantum nocere quā tū vellet. Preterea secūdum ethimolo giam diabolus dicitur a dia quod ē duo ⁊ bolus quod ē morselus. q̄ duo occidit s. corpus ⁊ aiam. Item vocatur demon. i. sanguineus. ⁊ hoc pp̄ peccatum. vel sci ens. q̄ viget triplici scientia sicut dictū est. Itē Bellial qd̄ interpretatur abs q̄ iugo. vel absq̄ domio q̄ pro posse cō tra eū pugnat cum deberet eē subiect⁹ Itē Belzebub qd̄ interpretat̄ uir mus carū. i. aiarum peccatricū. q̄ relinquūt verū sponsū xp̄m. Itē Sathanas. i. ad uersarius vñ. Pe. ca. v. ⁊c̄. Itē Bebe moth. i. bestia q̄ facit homies bestiales. Itē Leuiathan. i. additamētum eorū q̄ pccā peccat is cumulant.

De militia diaboli contra nos. Cap. 27.

d Iabolus nocet homini multi pliciter. quia p̄ violentiā. ⁊ h⁹

qñq₃ exterius corpus ledẽdo ſicut fecit
Job quãdoq₃ intra mẽbra ledendo ſicut
in obſeſſis. ꝛ pp hoc datur paruulis an
gelus bonus ne diabolus in hiſ ledat eoſ
ꝛ excedat. Item nocet per ĩpreſſionẽ ia
ginum mala ſuggerendo vel p cõmotio
nem ſanguinis ad pccm̃ accedendo. vel
ſenſus exteriores per obiectionez falſa
rũ formarũ decipiendo. De his ꝛ ſimili/
bus dicit. Gre. Aut opprimendo rapit.
aut inſidiando circũuolat. aut ſuadendo
blanditur. aut minando terret. aut ꝺ̇ſpe
rando frangit. aut permittendo decipit.
Dabolus decipit homĩes quattuor mo
dis. Primo ſuadendo bonũ. ꝛ hoc ppt
malũ vt cũ homini inſtabili ſuadet igreſ
ſũ religionis. ꝛ hoc ut poſtmodũ apoſta
tet. Secundo modo ſuadendo malum. ꝛ
hoc ſub ſpe boni. vt ꝑiurare pro reb⁹ al
terius obſeruandis. Tertio mõ diſſuadẽ
do bonũ tanq₃ nociuũ ut cũ diſſuadet bo
no viro religionis ingreſſũ ne de hoc pe
niteat ꝛ egrediens confundatur. Uel
quando diſſuadet alicui orationem vel
elemoſynam. ne per hoc incurrat vanam
gloriam. Quarto diſſuadendo maluz ut
ducat ad peius. ut quando diſſuadet tẽ/
perantiam in uictu ꝛ ſomno. vt p hoc in
ducat ad indiſcretã abſtinentiã quod pe/
ius eſt. Impeditur diabolus in effectu
ſue malitie multis modis. ſ. qñq₃ per ter
minũ ſue poteſtati a deo ipoſitum. Itez
quandoq₃ per reſiſtentiam bonoru ſpi
rituum. Habet. n. quelz anima duos an/
gelos. vnum bonũ ad cuſtodiã. alium ma
lũ ad exercitiũ. Item p arbitriũ homis
non conſentientis. Item p peccati abo/
minationẽ. q₂ quandoq₃ demones nobili
oris nature peccata vilia deteſtantur.
Itẽ pp cautelã omittit facere mala vt
peius fiat. ſicut modo nõ vexat excõmu/
nicatos ut minus timeant tales ſẽtentiaſ
Utrum virtus tentationis minuantur i
diabolo quando vincitur diuerſe ſunt
opiniones. Dicunt enim quidam ꝙ ſupa
tus in vno vitio ipſum victorem nõ poſ
ſit amplius tentare de eodem vitio. ſed
alius diabolus poteſt. Alij dicunt ꝙ ſu
peratus de vno vitio nullum de illo vi
tio poſſit ãplius tẽtare ꝺ̇ ceto. Data ẽ po
teſtas demonibus exercẽdi magicas ar
tes multiplici ratione. Primo ad fallen
dum fallaces ſicut egiptios ꝛ ipſos ma/
gos. Unde etiam que ipſi per talem mo
dum acturi ſunt quaſi communicando
predicunt ut ibi. Creſus perdet alium
tranſuectus maxima regna. Secundo
ad monendum fideles. ne. ſ. tale quid pro
magno deſiderent. cum videant etiam
malos facere huiuſmodi. Tertio ad pro
bandam et exercendam patientiam ꝛ fi
dem iuſtorum. De lucifero.

Cap. xviii

d E lucifero ſciendum eſt quod
fuit de ſupremo ordine ſuper/
ioris hierarchie. ac in illo ordine ſuper
num gradum tenuit. cui tanquam prin
cipi de ſingulis ordinibus magna multi/
tudo adheſit. quos omnes ſecum tra
xit. dictus eſt lucifer. quia pre ceteris lu
xit. ſueque pulchritudinis conſideratio
eum excecauit. Primum hominem
tentauit. ꝛ uicit. Secundum ten/
tauit. ꝛ victus eſt. Poteſtatem tunc
amiſit quam vltimis temporibus recu
perabit nunc religatus eſt et in fine
ſoluetur. Peccatum luciferi fuit ꝙ
ſe ꝛ ſuum bonum priuatum dilexit ex
cecatus de altitudine habita preſump
ſit. ac propriam excellentiam abnuit
quaſi habiturus fuerit ex ſe. non ab alio
ꝛ ſine meritis habere uoluit ſtare vel
ſperare cum poſſet. quouſq₃ gratia ap/
poneretur dei ſimilitudinem concupi/
uit. non quidem emula imitationis. ſed
poteſtatis. i. ſubditos habet voluit ꝛ nul
li ſubiectus eſſe concupiuit. Quid ſit
anima ſecundum diffinitionem.

Cap. xviiii.

p Ost naturã corpoream i corporeã dicendũ est de natura ex vtrisque cõposita Sed primo ex parte mentis. secũdo ex parte corporis. tertio ex parte totius hois. De aia igitur videndum est quid sit scdm diffinitionem. Porro a quibusdaz diffinitur vt spũs. a qbusdaz ut aia. a quibusdã vero vt spiritus et aia. In quantum igitur aia naturam hẽt spiritus diffinitur ab alexandro in libro de motu cordis. Ab Aug. sic. Anima ẽ sbã incõporea intellectualis illuminatiõis capax vltima reuelatione perceptiua. vltima dico qr mediantibus angelis percipit. Ex hac diffinitione cognoscimus qp spiritus humanus q est anima inter oẽs creaturas post angelos imediate illuminatiõis diuine sit perceptiua. Aia vero inquantum aia sic diffinit a Remigio. Anima ẽ subã incorporea regens corpus. Ex hac diffinitione hẽmus qp anima sit corporis rector et motor. Item aia inquantuz aia diffiniter a phõ i libro scdo de aia sic. anima est endelchia. i. actus corporis phici organici potentialiter uitã habetis. Endelchia formam vel actus signat. et dicit hic actus primus siue perfectõ. Ex hac diffinitione hẽmus qp anima vnibilis est corpori non omni sz solo organico et phico. i. naturali ad susceptionem aie rationalis disposito. Item anima inquantũ ẽ spiritus. et anima sic diffinitur ab Augo. anima ẽ omniũ similitudo. Hec diffinitõ data est per cõparationem aie ad creaturas. anima enim ex sui natura ad suscipiendas omniuz rerum tã corporaliũ qz spiritualium similitudines apta ẽ. Sed sciẽdum ẽ qp quedã intelligi habent p oppo sita. vt tenebre per presentiã lucis. incorporalia p corporalia. et sic dicitur suscipere anima spiritualiter rerũ similitudies. Item anime descriptio talis est Anima est deiforme spiraculum vite. Hec descriptio datur secundum qp anima comparatur ad deum prout non ex traduce vel seminali ratione propagatur. sed a deo corpori creando infunditur. et ifundendo creatur. Item Seneca. sic diffinit animam. Anima est spiritus intellectualis ad beatitudinẽ in se et in corpore ordinatus. hec diffinitio est in reuelatõne anime ad finẽ secundũ qp non solum separata beatificatur in se sicut angelus. imo i corpore glorificato ipsi beatitudo ampliatur.

Quid sit anima secundum rem. Cap. 30.

q Uid sit anima scdm rez. diuersas videntur sentẽtias philosophi ptulisse. Plato enim dicit animam numerum se ipsũ mouentẽ. Aristoteles endelchiam. Pitagoras armoniam. Hippocrates spiritũ tenuem. Rabbanus lucẽ. Democrytus spiritum ex athomis compositum. Acconomius hypereus igneum vigorem. Parmenides dicit eã de terra et igne esse. Epicurrus autez ex aere et igne Inter has diuersitates nos sequimur dicta sanctorum et catholicorum magistrorum dicẽtium qp anima est subã spiritualis et rõnalis ad viuificandum corpus humanum de nihilo creata. Creata est inqz anima perfectibilis. et imperfecta qztum ad sciam et virtutes. perfectissima tñ est qztum ad potentias naturales. Et quia i ẽ sensui non ẽ subiecta. neque secundum dimensionem est extensiua. Quantitatẽ enim habet anima vt dicit Augo. nõ dimensiuam. sed potestatiuam et virtualez Et quia simplex est anima. ideo nec augmenti. nec detrimenti est susceptiua. qa nec in corpore maiori maior. nec in minori minor reperitur. vt dicit Augo. Multitudo potentiarũ in anima non ponit maioritatem in anime natura. sed multiplicẽ effectum. anima etiam est vita ppetua. s. per memoriam. intelligentiam. et voluntatem. ad imaginem dei facta capax virtutis et vitij. susceptibilis pene. vel premij arbitrio libera. potentiis et habitibus et effectionibus decorata. caret pondere. et figura et calore passibilis et mutabilis est eo magna est quo capax est

eternitatis.eo recta quo naturaliter ap
petens ē bonitatis.eo bona quo ꝑticeps
est diuinitatis.

Quid ſit anima ſecundum nomen.
Cap. 31

a Anima dr̄ inquātū corpus aiat ⁊
uiuificat. Mēs i quātū recolit. Animuſ
dū vult. Rō dū recte iudicat. Spūs dū
ſpirat vel.q2 ſpūalē naturā h3. Senſus
dū ſentit. Memoria dū recordatur. Uo
luntaſ dū conſentit. Hec noīa diuerſa ſē
aie non ꝓꝓ eēn tie pluralitatē.ſed ꝓꝓ ef/
fectus multiplicitatē ⁊ operationē. Dr̄
anima ab a qđ ē ſine.⁊ nemes quod ē ſā
guis.eo ꝙ ſit ſine ſāguine. vl' dr̄ ab an qđ
eſt tribuere.eo ꝙ anima vitam tribuit.

De triplci anima. Cap. 32.

a Actus aie triplex eſt.ſ.vegetare.
ſētire.⁊ ratiocinari.⁊ ſcđ3 hoc diſti
guitur anime potētia triplicit: r.ſ. vege
tabilis ſēſibilis.⁊ rōnalis. De qbus dicit
Ambroꝰ.ꝙ aia vegetabil' appetit eē.ſē
ſibilis bn̄ eē. rōnalis aūt optime eē. ⁊ iō
nūꝙ3 quieſcit donec optimo cōiūgatur.⁊
ꝓꝓ hoc ui amoris mouetur in deū vt i ip
ſo ſumme delectetur. Hec tres potētie
in diuerſis ſubſtantijs tres anime dici
pn̄t. Na3 uegetabilis ē anima in plantis
ſenſibilis in brutis. rōalis vo in hoībus
In hoīe aūt predicte tres aie vna ſūt eſ
ſentia ſed differūt in potentiis.nec ob
ſtat ꝙ in hoīe ſucceſſiue.ac diuerſis tem
poribuſ manifeſtantur.hoc.n.eſt a vtute
formatiua que rationaliter prius diſpōit
ad uitam ꝙ3 ad ſēſū. ⁊ prius ad ſenſū ꝙ3
ad rōem preſertim cū natura nō ſubito
ſ3 paulati ⁊ ſucceſſiue opereť. Cū autē
aia rationalis infūditur corp: ꝑdicte pri
mo in fuſe nō hn̄t actiōes ſuas deiceps
a virtute formatiua.ſed ab ipſa aia. Ani
ma quoꝙ3 duas primas potētias.ſ. vege
tabilē.⁊ ſenſibilē exercet tātū in corpore
Anima vegetabilis ⁊ ſenſibilis nō đbēt
dici anime ī hoīe ſed potentie.nec aīma
uegetabilis in animali dicenda ē anima
ſed potentia. Aia aūt uegetabilis in plā
ta dicenda eſt anima.non potentia.

De potentia anime uegetatiue
cap. 33

a Anima vegetabilis tres h3 poten
tias.ſ.generatiuā.nutritiuā. ⁊ au
gmentatiuā. Prima eſt ad ſpēi cōſerua
tionē. Secunda eſt ad cōſeruationē indi
uidui. Tertia eſt ad perfectionē ſubiecti
Uirtuti autē nutritiue quattuor deſerui
unt.ſ. virtus attractiua que aſſumit ne
ceſſaria in nutrimento. Itē digeſtiua q̄
ſepat conueniens ab inconuenienti in
alimento. Itē retentiua que cibū tā diu
retinet in vno loco,donec debitā reci/
piat alterationē. Item expulſiua que ex
pellit quod ſuperfluū ē in nutrimento.
ſed ante omnes has eſt appetitiua.

De potētijs aie apprehēſiuis. Ca. 34

a Anima ſenſibilis duplicē h3 poten
tiā.ſ.apprehenſiuā ⁊ motiuā. app̄
henſiua diuiditur in apprehenſiuā de fo
ris.⁊ apprehenſiuā de intus. Uires app̄
henſiue de foris ſunt quinꝙ3 ſenſus par
ticulares.ſ.uiſus.auditus.⁊c̄ vel potētie
exteriores. Uires autē apprehenſiue đ
intus ſunt quinꝙ3 potentie interiores ſē
ſibiles.que ſunt cōis ſenſus.imaginatio
eſtimaſtio.fantaſia.⁊ memoria. Tradūt.
Per hipathetici oēs vires iſtas orgāi
cas eē.⁊ ꝙ per inſtrumenta corporalia
ſuas operationes perficiūt eo ꝙ ſint cir
ca particularia tantum. Omnis.n.forma
particularis in materia aliena eſt quoniā
forma ſine oī materia accepta vniuerſa
lis eſt.circa quam operatur intellectus.
Iſta facile eſt videre i ſenſibus particu
laribus.quoniā illi nō apprehendūt niſi
per rei ſenſibilis pn̄tiam. De virtutibus
autem interioribus que ſūt imaginatio.
eſtimatio.fantaſia idē eſt.quoniā in illis
omnibus eſt apprehenſio forma ſingula
ris ſecuudum ſitum ꝑtium ⁊ lineamēta
⁊ quantitatē. Oēs iſte potentie paſſiue
ſunt.⁊ patiuntur a formis et indiuiduiſ
que ſunt principia cognitionis ſenſibilis
ſenſibilis dico quia duplex eſt cognitio

nis sensibilis. sensibilis dico quia duplex
est cognitio intellectualis que orit ex eo
ꝙ proprie per itellectū habet dignosci.
vt forme cōuenientes ⁊ huiusmodi. Sē
sibilis que ꝓuenit ex indiuiduis ⁊ obiect
sensum particularium que sunt principia
cognitionis sensibilis. Sciendū preterea
ꝙ nulla potentia apprehensiua sensibilis
retinet id qđ apprehēdit. imo qđ vna ap
prehendit alia retinet. Notandū ergo
ꝙ alia virtus est que bene tenet: alia que
bene recipit. ⁊ ista que bene tenet ꝑficit
sicco ⁊ frigido. sed illa que bene recipit
perficitur humido.

De sensibus ꝑticularibus. Cap .35.

Sensus ꝑticularis in quinqꝫ diuidit
.s. in visum. auditū gustū. odoratuꝫ
⁊ tactū. q in multis conueniūt. ⁊ in multis
differunt. Conueniūt. n. quinqꝫ sensus in
hoc ꝙ sunt vires passiue. Sentimus eni
intra suscipientes: non extra mittentes.
Sensibile. n. positū supra sensum nō sen
titur. scđo de aia. Omnes sensus sunt ꝑ
ceptibiles singulariū non viliū. ad quēli
bet sensum extendūt nerui duo. vnꝰ ad
sentiendum qui agit contra exteriora. et
alius ad motū voluntariū qui agit vt ius
aie interior: ⁊ ad organū dirigit intentio
nem. In omni sensu oꝫ esse proportionē
sensibilis ad sensum. q2 in mediis delectā
tur. ⁊ in extremis corrumpunt. Ad sentiē
dum aliquid oportet eē obiectū presens
⁊ medium deferens: ⁊ organū sanū atqꝫ
conueniens. ⁊ aie intentio actualis. Oēs
sensus vnā habent originē scđm sensuꝫ
cōmunem a quo velut a centro quasi li
nee quedā exeunt. Differunt etiaꝫ sē
sus particulares in multis. nā quilibꝫ ha
bet spāle instrumentū. Differunt etiā in
obiectis. differunt in medio differentie.
q2 tactus ⁊ gustus habent mediū intrin
secus. ⁊ alii extrinsecus. Differunt in ve
locitate apprehendi. q2 visus ē citissime
apprehensionis. ⁊ remota apprehendit.
Differūt situ q2 visus ē supremꝰ. Post
auditus. deinde alii per ordinē. Differūt
vtilitate. q2 gustus ⁊ tactus maxime sūt
necessarij ad cōseruationē idiuidui ⁊ spe
ciei. Gustus. n. discernit cibum ꝑ quem
seruat animal a nociuo. ⁊ tactus discernit
qualitates sensatoꝝ. sicut calide ⁊ frigiđ
⁊ huiusmōi vt aial declinet extrema ta
lium qualitatū ne corruptionē incurrat
Differunt generalitate. q2 tactus ē ge
neralior. cū non hēat organū determina
tū. sed in oibus membris fit. Differunt
ēt in ipressionū retentione. sensus enim
grossiores fortius retinēt suas ipressiōes
sicut patet in tactu. Nota ꝙ videmꝰ vi
su ⁊ oculo. sed differenter. nā visu vide
mus effectiue. siue formaliter. sed oculo
videmus instrumentaliter. Eodē mō di
cendū ē de ceteris sensibus. Anima alie
natur a sensibus tripliciter. Primo
in somno. 2. in extasi magis. 3. in morte
maxime.

De sensu communi. Cap. .36.

Sensus cōis est potentia que oium
sēsuū particulariū obiecta appre
hendit. vt dicit phi. 2. de anima. Omnes
enim sensus exteriores a sensu cōi exte
riori velut a centro ꝑticulariter exeunt
⁊ sensatoꝝ suorum similitudines ad sen
sum cōem reducunt quo mediante đ sin
gulorum ꝓprietatibus iudicant ⁊ discer
nunt. Unde sciendū ꝙ sensus cōmūis ē
fons ex quo oēs sensus oriuntur ad quē
omnis motus sensibiliuꝫ refert sicut ad
vltimū finem. Hec potentia quedā hēt
inquantum est sensus. ⁊ quedā inquantū
cōis est. inquantū. n. sensus est habet re
cipere reꝝ spēs sine materia: ⁊ tamen ꝓ
sente materia. inquantū cōis est hꝫ duo
quorum vnū est iudicium sensibilium ꝑ
quod nos apprehendimus nos videre
qñ videmus: ⁊ audire qñ audimus, ⁊ sic
de aliis. Si enim hoc iuditium non eēt i
aialibus. nō satis esset videre ⁊ audire v
tile. ⁊ scđm alios sensus apprehēdere.
Secundū est cōparare plura sensata di
cendo vnū esse dulce. ⁊ aliud dulcius eē
⁊ hoc iđ sēsus cōis hꝫ. q2 ad ipsū referūt

omnium propriorum sensuum sensata. Hec virtus in āteriori parte cerebri ponitur in loco vbi cōcurrunt nerui sensitiui quinqꝫ sensuum qui locus medulosus ⁊ humidus est.

De vi imaginatiua. Cap. xxxvii.

n Irtus imaginatiua ē potentia apprehensiua. in qua imagines reꝝ sensibiliū reseruantur. Hec virtus plus abstrahit ꝙ sensus. qꝛ sensus nō accipit formā. nisi pn̄te re. illa aūt reseruat formā etiam re absente. In hoc etiā imaginatio differt a sensu cōi. qꝛ sensus cōis pn̄tia rei exterioris indiget sicut sensus particularis. Ista aūt virtus. s. imaginatio thesaurus formarū vocatur. qꝛ in ea sicut dictū est forme a particularibus sēsibus recepte retinētur. hec potētia i anteriori parte cerebri seu interiori. sicut ⁊ sensus cōis ponitur. et hic maior. ē duricies ex frigiditate cerebri proueniēs. vbi et imaginatiua retinet impressiones a sēsu cōi receptas.

De vi estimatiua. Cap. xxxviij.

e Stimatiua virtus que a forma acquisita intētiones elicit que a sēsu nō percipiūtur. scꝫ quā ouis fugit lupū et lupus miseretur filio suo. hoc aūt non posset fieri nisi lupus hr̄et cognitionem eius indiuidui. et ꝙ hoc idiuiduū sit natus eius. sicut et ouis apprehendit lupuꝫ sibi nociuū. Ista vero nō pn̄t fieri per sēsum. Estimatiua differt ab imaginatiōe qm̄ imaginatio solū retinet formas apphensas per sensum cōem. et ad imaginationē solā non seqtur affectꝰ miserie vl' tristitie. vel fuga. vel insecutio. Ad estimationē aūt statim seqtur qd̄libet istoꝝ vn̄ sicut intellectus practicus se hēt ad speculationē. ita se habet estimatiua ad imaginationē. ⁊ propi' hoc estimatiua nō penitus apprehensiua ē. sed etiā motiua per hoc ꝙ determinat ad quid moueri debeat aial. ⁊ a quo fugere. cū. n. animal mouetur ad cibū oꝫ imaginē cibi in aiali esse. Sed estimatiua non solum mouet. imo ēt apprehendit. Oportet igitur aial hr̄e estimationē qua moueatur. Officiū estimatiue est apprehēdere intentiones nō quidē rōnis. sed nature. Vn̄ nō apprehendit quid sit similis. aut nomē. aut verbū. vel amicitiā. vel inimicitiam. cōmode vel incōmode. sicut dictū ē. Hec virtus ponitur i pria parte medie cellule cerebri que calida est ex motu multi spūs ad ipsam.

De fantasia. Cap. xxxix.

f Antasia est potētia cōponēs imagines cū imaginibus. ⁊ imagines cū intētionibus. Cōponit inquā fantasia imagines cū imaginibus. vt ē apprehendere aliquid eē albū vel nigrū. vel diuersas formas cōponere vel fingere chimeras. Cōponit ēt imagines cū intētionibꝰ vt cū apprehendit ouis formā lupinam esse fugiendā. Componit ēt intentiones cū intētionibus: vt pꝫ in oue que apprehendit nato suo prebēda eē vbera ⁊ alienū eē repellendū. Per fantasiaꝫ maior hr̄ cognitio que pōt hr̄i i aia sēsibili que ē in brutis. per hāc. n. non solū scit pn̄tia sed ēt prouidet sibi in futurū. Per hāc eni quedaꝫ aialia faciunt sibi casas. ⁊ de cibo ꝓuident in longinquū. per hanc de illo scit qd̄ sit. idē ⁊ de alio ꝙ sit aliud. et sic de eo oi d̄ quo snia profertur per modū affirmationis et negatiōis. Per hāc quoqꝫ videmus aliquid eligere aialia. et aliquid refutare. Ad electionē ⁊ refutationeꝫ preexigitur scia et discretio. et iō multi dixerunt ꝙ fātasia ē aliquid rōnis sed dicimꝰ nō eē veraꝫ electionē aie sensibilis: sed aliquid simile. Hec a vulgo in hoie vocatur cogitatiua. cū tn̄ cogitare proprie sit rōnis. Fantasia operatur i sōno sicut in vigilia. Qd̄ aūt in sōnis res uidētur eē pn̄tes. hoc est qꝛ sit reuersio ad sensū cōem. Ista potētia qn̄ ꝯiuncta est rōni sicut ē in hoie. tūc accipit agendi et operādi regimē a rōne: Sed qꝛ rō diuersificatur scd̄m diuersitatē eoꝝ de quibꝰ

ratiocinatio fit.ideo per operationes fā
taſie multiplicantur in hoie valde. Ubi
autem fantaſia non eſt cū rōe.vt eſt in
brutis tunc regitur ſolū ſecūdum inſtin
ctum nature.Et qꝛ natura vno modo ē
i habētibus ſpeciem vnam.iō conceptio
fantaſie operatur in talibus vno mō.Et
inde eſt ꝙ oīs hirundo facit vno modo
nidum ſuum.Dixerūt quidā philoſophi
ꝙ iſte virtutes in brutis potius agūtur
ꝗʒ agant.ſed in hoie potius agūt ꝗʒ agā
tur .qꝛ bruta mouentur ſcōm impetum
⁊ impulſum appetitus naturalis. Motꝰ
autem hūani regulantur ſecundū regi-
men rōnis. Notandū ꝙ melanconici
⁊ infirmi ⁊ amantes multas habent fan
taſias.ſʒ hoc nō eſt ex illuſtratione que
fit per imagines reꝝ ſenſibiliū.ſʒ ex paſ
ſionibus nature ⁊ confuſione ſpirituū a-
ſcendentiū ad cerebꝛū ⁊ caput turbanti
um.Tales.n.ſpūs diuerſarū imaginū in
uolutiones faciunt ⁊ generāt hoꝛribiles
viſiones ⁊ conceptiōes Preterea ſci
endum ꝙ bruta citius recipiunt influxꝰ
primi motoꝛis ꝗʒ hoies.ſicut patet i for
mica que qñ cibum colligit infra tres
dies non pluit.Et gallus cantū ſuū per
tempus variat.qꝛ imutationē aure ex in
fluxione pꝛimi motoꝛis pꝛeſentiūt.Huiꝰ
dicti hec eſt ratio.qm̄ homines multum
occupantur circa cōceptiones ſuas cōfe
rendo ⁊ cōponendo ⁊ diuidendo.quare i
fluxiones pꝛimi motoꝛis nō percipiūt ita
cito ſicut bꝛuta que non ſic occupant̄ in
ſuis cōceptionibus:nec ſcōm illas opan
tur.ſʒ tantū ſcōʒ intellectū nature.Iſta
vis.ſ.fantaſia plurimū impedit itellectū
eo ꝙ minus occupat aiam cōpoſitione ⁊
diuiſiōe imaginū:nō ſolū acceptarū a ſē
ſibus.ſed etiā fictarum.maxime āt impe
dit intellectū qñ aliquid de celeſtibus et
diuinis impꝛimitur ei.⁊ hoc iō. qꝛ cōcep
tiones tales intellectus non poteſt ferre
nec ſunt ſimiles imaginationibus ⁊ ficti
onibus fantaſie .Fantaſia vero ponitur
in medio medie cellule cerebꝛi tanquam
centrum inter memoꝛatiuā ⁊ imaginati
uam.qꝛ fantaſia conuertit ſe taʒ per foꝛ
mas quas accipit imaginatiua per ſenſū
ꝗʒ ſuper intentiones quas reſeruat me
moꝛia.⁊ tunc iſtas foꝛmas ac intentiōes
diuidit ac componit.

De memoꝛia. Cap. 40.

m Emoꝛia autem eſt repoſitoꝛium ꝑ
teritorum.Reſeruat enim memo
ria intētiones per eſtimationē a figuris
rerum elicitas.Anima per memoꝛiā me
diantibus rebus ſenſibilibus in ipſas r̄d
dit res ſenſibiles que ſunt extra ipſam.
⁊ propter hoc opoꝛtet actum memoꝛie
duas precedere operationes.quarū vna
eſt hoc eē receptū.⁊ hec eſt operatio ſē
ſus cōis.⁊ in hoc memoꝛia incipit.ſecun
da eſt hoc eē cōſeruatū apud nos quod
fit per imaginationem . Opoꝛtet etiam
ꝙ ante memoꝛiā quedam virtus operet̄
que ex figuris rerū diuidat reruʒ inten
tiones ſingulares.Differunt imaginatō
⁊ memoꝛia.quia iſta cōſeruat ſpēs rerū
hec cōſeruat itētōes ſpēꝝ. Sciēdū quo
qʒ ꝙ memoꝛia differt a reminiſcentia .
qꝛ memoꝛia diſcrete ⁊ diſtincte reuertit̄
ad res componendo intentiones diſtin
ctas cum imaginibus.Reminiſcentia ſi
ue recordatio ē motus quaſi interceptꝰ
⁊ abſciſſus per obliuionē.⁊ eſt cū collati
one tempoꝛis ⁊ loci ⁊ huiuſmodi.Remi
niſcentie enim modus nō eſt vniformis
ſed cauſatur i pluribus pricipiis circū
ſtātibus id cuius ꝓpꝛie eſt remiſcibilitaſ
cum ſit pꝛiciptū multoꝛū pꝛius memoꝛa
toꝛū.Cum eim per memoꝛiā fiat rerum
appꝛehēſio quod eedem res pꝛius fuer̄t
i ſe vel i ſēſibus aliꝭs cognite.patet ꝙ ſi
quis rē totaliter oblitus eſt ñ poteſt per
memoꝛiam recoꝛdari ſe eē oblitū . Sed
ſi oblitus eſt i parte.tūc per id qȯ remā
ſit poteſt reminiſci .ſed quandoqʒ ſciuiſ
ſe l' ꝑ collectōeʒ r̄miſcētie pt ēt ad id qȯ
oblitus eſt redir̄ cum illius adiutorio qȯ
remāſit mēorie. Alia ē dr̄a iter mēoꝛiaʒ
⁊ reminiſcentiam.quia memoria multa

pant aïalia. ſed reminiſcentia eſt ſolius
rõnis.qꝛ reminiſcẽtia ẽ quedaꝫ inueſtiga
tio que ſine ordine rõnis nõ eſt.ac ſine d̓
liberatione ꝑ que antecedẽs ordinaẗ ad
ꝯñs.Sane cũ quis reminiſci voluerit ea
que nõ eo mõ quo per ſenſũ.ſꝫ per intel
lectũ apprehendit hoc nõ fit per memo
riã.qꝛ memoria talia nõ reſeruat.ſed itel
lectus cõuertit ſe ſuper ea que hꝫ apud
ſe.⁊ ea reducit ad actum que hꝫ in hitu.
Iſte aũt habitus manet actualiter apud
intellectũ potentialẽ qui ẽ locus ſpẽruꝫ
vniuerſaliũ.vnde ⁊ vniuerſalia ſpecula
ta remanent apud ipſum tãq̃ꝫ in loco ſue
gñationis etiam actu quando illa nõ con
ſiderat.Intellectus autẽ potentialis ad
has ſpẽs quas ſic habet apud ſe conuer
tiẗ.vel ab eis auertitur quãdo voluerit.
Ultimo notandũ ꝙ memoria ponitur
in poſteriori parte cerebri qui locus eſt
ſiccus propter neruos motiuos qui oriũ
tur ex ipſo. De vi ſenſibili ⁊ motiua.
Cap. .xxxxi.
ſ Equitur de vi ſenſibili motiua.
hec moue ̄ qñq̃ꝫ ſpiritualiter.qñ
q̃ꝫ corporaliẗ. Primo mõ dr̃ appetitiua
que mouet dupliciter.aut diligendo. aut
odiendo.⁊ diuiditur in cõcupiſcibilem et
iraſcibilẽ per quas appetit aïa bonũ.vel
inſurgit contra malũ. Ab his vero duo
bus.ſ.iraſcibili ⁊ concupiſcibili oriuntur
quatuor affectiones.ſ.gaudium ſpes.do
lor.⁊ timor.Nam ſi pñs eſt qd̓ cõcupiſci
mus gaudemus ſi abſens eſt ſperamus.
Similiter ſi pñs eſt de quo iraſcimur do
lemus.ſi abſens eſt timemus. Senſuali
tas aũt eſt vis anime ſenſibilis motiue.
⁊ ad idem mouet ad quod cõcupiſcibilis
⁊ iraſcibilis.Senſualitas enim appetit.
que delectabilia ſunt corpori. ac nociua
refugit.Differt autem ſenſualitas a con
cupiſcibili ⁊ iraſcibili.quia ſẽſualitas ma
gis coniungiẗ corpori.⁊ ſicut i brutis ita
in homie nulla lege ſtringitur.quin ſem
per in appetitus rerum ad corpus perti
nentium moueatur. Sed cõcupiſcibilis
⁊ iraſcibilis iungitur rõni.⁊ prout ſunt in
homine frenanẗ rõni. ac reguntẗ virtuti
bus que fundanẗ in ipſis. Eſt.n.temperã
tia in cõcupiſcibili. ⁊ fortitudo in iraſcibi
li.⁊ ſic de aliis ſcd̓m ꝙ vis motiua ſenſi
bilis mouet corporaliter.ſic diuidiẗ i vir
tutẽ naturalẽ.vitalẽ.⁊ aïalem. quarum
prima ſitũ ſuum hꝫ in epate. vt in proxi
mo pricipio.cũ primũ principiuꝫ eſt cor.
Secũda in corde.tertia in capite. vt i ꝓ
ximo principio.tñ primũ principiũ ẽ cor.
Uirtus naturalis eſt motiua humorũ.vi
talis motiua pulſuũ.aïalis eſt motiua mẽ
brorum. Dicimus ꝙ virtus naturalis ẽ
motiua humorũ mediantibus artheriis
⁊ venis que radicanẗ in epate ſcd̓m Ga
lienũ.ſꝫ ſcd̓m Ariſtotelẽ radicanẗ in cor
de.⁊ hoc per ſpũm naturalem. Eſt autẽ
ꝟtus naturalis ſubſtãtia ſubtilis ⁊ aerea
vi caloris in corde gñata hec ſanguineꝫ
ad ſingula mẽbra impulſat.ex quo corpꝰ
vegetatur.Uirtus vitalis ẽ motiua pul
ſuuꝫ mediantibus artheriis que radicãẗ
in corde.Spũs autẽ vitalis eſt idem qui
⁊ naturalis.Idem dico in ſubſtantia.ſed
differẽs in virtute.hic per artherias ad
mẽbra corporis ſe diffundens viuificat
ipſum corpus tãq̃ꝫ inſtrm̃. Uirtus aïalis
ẽ motiua mẽbroruꝫ mediãtibus neruis
qui radicãẗ in capite.⁊ hoc per ſpũm aïa
lem.Eſt aũt ſpũs aïalis idẽ qui ⁊ natura
lis.⁊ vitalis.ſed aïalis dr̃ cuꝫ ad cerebrũ
deuenerit.hic ceteris ſubtilior per ner
uos ad organa ſentiendi dirigitur vt ſẽ
ſus ⁊ motus ſcd̓m locũ ex inde generet
in corpore aïalis. Circa vires iſtas de
niq̃ꝫ ſciendũ eſt ꝙ cũ virtutes aïales itẽ
duntur.tũc naturales remittunẗ. ꝓpter
hoc in hoïe dedito ſtudio. vel meditatio
nibus minus operatur virtus nutritiua
⁊ generatiua.⁊ augmentatiua.ex quo pꝫ
ꝙ cõcupiſcentia carnis domatur i viro
ſtudioſo. Unde ait Hieronymus. Ama
ſciam ſcripturarũ.⁊ carnis vitia nõ ama
bis. Preterea quãdo virtutes aïales re
mittunẗ.naturales incenduntẗ.ſicut patet

in ſomno g deſcribitur eſſe quies virtu-
tum animalium cũ intẽtione naturaliuȝ.

De potentiis anime rationalis.

Cap. .42.

t Ria ſunt in aia ut ait phꝰ. 3ª. de
aia. ſ. potẽtie. hitus. ⁊ paſſiões. Po
tentie quidem ſũt inate. hitus autẽ ſunt
acquiſiti vel infuſi. paſſiones vero ſunt il
late vel innate. Hitus. n. ſunt acqſiti. vt
pȝ in ſcia ⁊ virtute pollitica. Nã ex fre
quẽti ſtudio hõ acquirit ſciẽtiã et ex fre
quenti bñ agere fit hõ bonis bonitate v̶
tutis pollitice. Sunt ⁊ hitus quãdoqȝ nõ
ꝑ acquiſitionẽ ſȝ ꝑ infuſionẽ. ſicut ſapia
fuit infuſa. Salomoni. ⁊ virtutes theolo
gice auferũt quotidie ꝑuulis i baptiſmo
⁊ ẽt penitentibus i iuſtificatione ⁊ ex ac
tibus nõ gñant tales habitus. ſed potiꝰ
ecõuerſo ex talibꝰ hitibꝰ elicitũt boni ac
tus ex potentijs. vnde in hitibus acqſitꝭ
ſequit. quales ſũt actus tales ſũt hitus.
ſȝ in habitibus infuſis ẽ contrariũ. ſ. qua
les ſunt habitus tales ſũt actus. Eſt tñ
neruȝ ꝙ ſicut hitus acquiſiti gñantur p
actus. ita ⁊ generant ꝑ actiones. ſed non
meritorias inquantũ tales. Paſſiones
autẽ ſunt illate ab extriſeco. vocat autẽ
paſſiones phꝰ receptões obiectoꝝ. Sũi
tur ⁊ aliter paſſiones ut dicãtur affectio
nes ſicut dolor timor. ſpes ⁊ gaudium.

De diuiſiõe potentiarũ aie. Ca. 43

n Unc ad diuiſionẽ potẽtiaꝝ aie ac
cedaȝꝰ. Phꝰ 3º de aia igr̃ diuidit
principalit̃ aie potentias in cogitatiuam
⁊ motiuã. quas theologꝰ appellat itellec
tũ ⁊ affectũ. ipm ãt affectũ intelligit vo
luntatẽ. Potentiaꝝ ãt aie quedã ſũt ſeꝑ
ate a corꝑe. vt velle. ⁊ intelligere. ſcd̃m
quas aia non vtit̃ corpore. ſed vtit̃ utẽte
corꝑe. ſ. fãtaſia que ſic hȝ ſe ad itellectũ
ſicut color ad viſũ. vt ait phꝰ ſcdo d̃ aia
Quedã vero ſũt vires inſeꝑabiles a cor
pore. vt vegetabiles. ⁊ ſenſibiles quãtũ
ad operationẽ. ⁊ quãtũ ad eſſẽtiã. ut i bru
tis. Sed in hoie ſeparant̃ vires iſte a cor
pore quãtũ ad eſſentiã. licȝ aia oꝑationeſ
eoꝝ exercere nõ poſſit extra corpus. In
brutis vero ſimpliciter pereũt quãtũ ad
utrũqȝ. Itẽ aia potentias quaſdã hȝ con
ueniẽtes cũ brutis. ut eſt ſenſualitas. ſen
ſus ꝑticularis. ſenſus cõis imaginatio e
ſtimatio. mẽoria. Quaſdã hȝ nõ cões cũ
illis. vt ẽ rõ. ⁊ intellectus. ⁊ hꝰmõi. Item
aia hẽt vires quaſdã quo ad ſe. ut eſt rõ.
volũtas. liberũ arbitriũ. quaſdã hẽt qbꝰ
corpori ꝑmiſcet̃. vt ẽ vis naturalis. vita
lis. ⁊ aialis. de quibus dictũ ẽ ſupra cap.
41. Ex iam dictis pȝ ꝙ potentie quedaȝ
ſũt organice. quedã nõ. Itẽ ex predictis
collige ꝙ aia rõalis oẽs potẽtias hẽt aie
vegetabilis ⁊ ſẽſibilis. ſed nõ inquãtum
rõnalis ẽ. Uerũ inquãtũ rõalis ẽ addit i
tellectũ ⁊ liberũ arbitrium. ⁊ hꝰmõi. Et
hoc qd̃ dicit. Grego. Ois inquit creatu
re aliquid cõe hẽt hõ. Hẽt nãqȝ hõ cõe eſ
ſe cũ lapidibus. viuere cũ arboribus. ſẽ
tire cũ aialibus itelligere cũ ãgelꝭ. Quic
quid. n. virtutis aut nobilitatis hr̃e pñt
nature inferiores. hñt ⁊ ſuperiores. ſȝ ꝑ
fectiori mõ ⁊ nobiliori ꝑꝑ hoc manifeſta
tuũ ẽ ꝙ oẽs vires qbus cõicamꝰ cũ brutꝭ
differũt ſpecie. prout ſũt i nobiſ ⁊ i brutꝭ

De differentiis potentiarum ipſius ani
me. Cap. xxxxiiii.

q Uattuor aſſignãtur differẽtie vir
tutis itellectiue. Prima dat̃ ſcd̃m
differentiã nature ſic intellectus diuidit̃
in agẽtẽ ⁊ poſſibilẽ. ſcd̃a. datur ſcd̃m dif
ferentiam obiecti. ⁊ ſic diuiditur itellec-
tus in ſpeculatiuũ ⁊ practicũ. tẽtia aſſigna
tur ſcd̃m differentiã dignitatiſ. ⁊ ſic diui
ditur rõ in ꝑtem ſuperiorẽ ⁊ iferiorem.
quarta datur ſcd̃m cõparationẽ ad actũ
⁊ ſic diuiditur itellectus in hitum ⁊ i ac
tum. in habitũ quidẽ cũ põt itelliger̃ qñ
uult. In actũ vero cũ actualiter ad intel
ligibile ſe cõuertit. Differentia vero in
tellectus in effectu ⁊ eius qui dr̃ adeptꝰ
ſumitur ſcd̃m maiorẽ ⁊ minorẽ ꝑfectio
nem ipſius intellectus poſſibilis. Nã cuȝ
intellectus poſſibilis recipit ſpẽs cum lu
mine intellectus agẽtis tũc dr̃ intellectꝰ

i affectu. ⁊ etiā in hitu. Intellectus uero
cū recipit ꝑfecte lumen ſcđʒ formalē con
iunctionem. tūc vocatur intellectus ade
ptus. Diligenter aūt notandū eſt ꝙ oēs
differentie intellectū iā predicte ſumunt
uel ſecūdum actū. vel ſcđm habituʒ vel
ſecundū moduʒ intelligēdi. ⁊ nulla ſumit
ſecunduʒ diuiſioneʒ potētie cognitiue. ni
ſi prima tm̄. ſecunduʒ quā diuiditur in a-
gentem ⁊ poſſibilem.

De modo cognoſcēdi. Cap. 45

r Es cognoſcit aliter d̄s. aliter ange
lus. aliter hō. Ipſe quoq; hō alitē
cognoſcit deū per intellectū. aliter ꝑ cre
aturas. Intellectus. n. diuinus cognoſcit
res ex ſe ipſo. Intellectus aūt angeli co-
gnoſcit res ꝑ ſpecies ſibi cōcreatas que
ſūt ſimilitudines rerum. Sed intellectus
humanus cognoſcit res ꝑ ſpecies abſtra
ctas. a rebus particularibus per ſenſum
prius cognitis. Unde ſciendum ꝙ ſicut
ſenſus cognoſcit res preſente obiecto.
⁊ ſicut imaginatio cognoſcit abſente ob
iecto. ⁊ tm̄ cum appenditijs materie ita i
tellcūs cognoſcit ſine appēditiis matie
ſub itentiōe vniuerſali. Aia igitur per in
tellectum aliqualiter cognoſcit oia ⁊ atti
git. Cognoſcit. n. deum ſupra ſe. ⁊ ſeipſaʒ
in ſe. ⁊ angelos iuxta ſe. ⁊ quicqd celi ābi
tu continet infra ſe. Quid ſit aūt modus
cognoſcendi deū. nota ꝙ intellectus hu-
manus nō cognoſcit deum ꝑ abſtractōeʒ
ſicut alias res. ⁊ hoc iō eſt. q2 ſimilitudo
abſtracta ſimplicior ē illo a quo ſit abſtra
ctio. deo aūt nihil ſimplicius eſt. Alia rō
eſt quia in abſtractione opʒ eſſe particu
lare ⁊ vniuerſale. particulare quidē a q9
fit abſtractio. vniuerſale aūt. ſ. ſeipſū ab
ſtractum. ſed nihil horū cadit in deū. Sci
endum preterea ꝙ per ſenſuʒ cognoſci-
mus particularia. ſed ꝑ intellectū vniuē
ſalia. ⁊ qn̄do ſe intellectus conuertit ad ꝑ
ticulare ut ipſū apprehēdat. tūc ſimilitu
do abſtracta a particulari erit vniuerſal
⁊ non particularis. Itē nihil venit in itel
lectum niſi per ſenſū. ⁊ hoc fit duob9 mo
dis. ſ. vel ſimpliciter. vel per accidēs. ſim
pliciter quidē ut quādo itelligimus ſen-
ſibilia prius per ſenſū apprehēſa. Per
accn̄s aūt. vt qn̄ intelligimus inſenſibilia
per effectū. Notandū eſt etiā ꝙ aliud ē
rem per cognitionē in intellectū venire
⁊ aliud eſt i re iam itellecta uerſari. q2 tē
cognitio rerū per ſenſum venit in intel-
lectum. ſicut dictū eſt. ſed cū intellectus
iā apprehēdit. tunc delectatur ⁊ negocia
tur in illa. etiā ſine ſenſus adminiculo. ad
cognoſcēdum iſta plenius nota vtrūque
vez eē. ſ. ꝙ ꝑticlaria cognoſcūt ꝑ vniuer
ſalia ⁊ ecōtra. ūiuerſalia cognoſcūt ꝑ ꝑti
cularia. iſtud ſic pʒ. quia duplex eſt vniuē
ſale. vnū. ſ. prout ē abaſtractū. ⁊ aliud cō
fuſum videlicet ſcđm ꝙ eſt in ꝑticulari.
Dicimus ergo ꝙ ad cognitionē vniuerſa
lis abſtracti venim9 per particularia. ſic
pʒ in pueris in qbus prius operatur ſen
ſitiua qꝫ intellectiua. q2 prius cognoſcunt
particularia ꝑ ſenſum. ⁊ poſtea vniuerſa
lia per itellectū. Sic ⁊ philoſophi iuene
rūt modū argumentandi per inductionē
q2 ex multis ꝓpoſitionibus ꝑticularibus
vnā concluſionē faciunt vniuerſalē hoc
mō. Socrates ē aial. Plato eſt aial. Cice
ro. eſt aial. ergo ois homo ē aial. Ecōtra
rio eſt in uniuerſali cōfuſo. qm̄ per talem
vniuerſalem venimus in cognitionem ꝑ
ticularium. ſicut pʒ qn̄ videmus hoieʒ a
remotis. tūc non cognoſcimus. niſi eius
ſubām corporeaʒ. ſʒ poſtea per motū cer
nitur eſſe aial. dū vero magis appropin
quat cernit eſſe hō. tandē cognoſcitur eē
petrus. Nota ꝙ ſecundū phm̄ in libro d̄
ſenſu ⁊ ſenſato plura ſcire poſſumus. ſed
vnū ſolum intelligere. qm̄ ſcire dicit hi-
tum ꝑ quē plura ſcimus. intelligere āt di
cit actū q non poteſt in intellectū eē du-
plicatus. intellectus. n. ad unū ſoluʒ ſe po
teſt actualit conuertere. ⁊ hoc pʒ q2 quā
doqʒ agit duoʒ actus rōis ſimul vno tē
pore vnus ē intellectus ⁊ alius memorie
ſiue cōſuetudinis. Vbi grā. Aliquis dicit
horas ⁊ querit in libro cōcordantias. uel

numerat denarios. vnū illorum. s. queref cōcordantias ē actus intellectus. s3 aliud s. dicere horas ē actus memorie. sicut ēt aial brutū sine regimine intellect9 vadit ad domū ad quā sepe vixit. Ite3 nota q ad intelligentiā rei nō requirit pñtia rei intelligibilis. sed pñtia similitudis eius tā tum. q2 res nō cognoscūtur eēntia. sed p similitudinē. 7 inde ē q intellectus app/hendit remota sicut propinqua.

De intellectu agente 7 possibili. Cap. xxxxvi.

n Unc de intellectu agente 7 possibili spāliter ē dd. Intellectus igr agens ē qui abstrahit spēs ab imagine siue fantasia. 7 sua irradiatione facit vniuersales. ac ponit res i intellectu possibili. nam sicut ad visū corporalē exigit lux abstrahēs intentiones colorū. i. similitudines a colorato. 7 ponit eas in aere. nō q dē scdm eēntiam. sed secūdū intētionem i. silitudinem. Sic intellectus agēs qui ē lux aie ponit spēs abstractas a fantasia i intellectu possibili. nō quidē actualiter sed scdm intētionē. i. similitudinē. Quare āt inter imaginationem 7 intellectum possibilē nō sūt potentie eiusdē spēi hec est rō qm altera ē potentia aie sensibilis altera aie rōalis intellectus āt possibilis dr. q2 pōt recipere tales spēs. sed nōdū suscipit eas c9 exēplū ē tabula nuda nllā hñs picturam potēs ē āt hēre quācūq3. Sane cū intellectus possibilis tales spēs receperit tūc sicut hēs supra ca. xxxxiiii vocat intellectus i effectu vel in habitu Cū vero illustratur multitudie spērum sensibiliū tūc ē itellectus adeptus. Qualiter autem iste spēs remaneāt i intellectu possibile vl qualiter ad eas fiat p rmi niscentiam 9uersio 7 reuersio hēs supra in ca°. xl de memoria. Porro intellectus agens 7 possibilis differunt. sicut lux 7 illuminatū sicut perficiēs 7 perfectibile quia vt dicit ph9 intellectus agens ē omnia facere. sed intellectus possibilis ē fieri. Et vt plenius innotescat notandū q sicut ad hoc per speculum aliquid videatur. tria sunt necessaria. s. speculum quod aptū natū recipere ipressione3 corporum obiectorū. color autē in corpibus obiector. 7 lux qua moneatur color corporū obiectorum que sine luminis influxu quātūcūq3 obiiciantur nō sūt receptibiles a speculo. sic siliter ad hoc vt aliqd in intellectu videāus o3 q sit itellectus possibilis qui aptus natus ē recipe spēs quemadmodū dictū est de speculo o3 ēt q sint spēs specľate apud intellectū possibilem qui hēt ipsas habitu. cū sit locus spērum vniuersalium. Sed sicut color i corpore non mouetur nec species nisi mediante lumine imprimūtur in speculo. sic nec fantasmata erunt actu intelligibilia. nisi intellectus agens irradiet 7 diffundat super eū lumen suū sicut lux super colores ut sic secundum actum intelligibilia efficiantur.

De intellectu speculatiuo 7 practico. Cap. xxxxvii.

s Equit de intellectu speculatiuo 7 practico qui ābo in cognitione cōsistūt. Sed in hoc differūt q2 intellectus speculatiuus cognoscit uerū in ratiōe veri practicus āt cognoscit verū i rōe bōi Item intellectus speculatiuus vocat cognitio specľatiua. s3 practicus dr cognitio affectiua. ite3 finis speculatiui est verū finis āt practici est opus. ite3 p speculatiuū itelligimus recte. s3 p practicū recte viuimus. intellectus practicus uocat opatiuus. q2 dr a praxi q est opatio. ite3 itellectus practicus diuidit i rōe3 . 7 synderesi3. Rō āt diuidit i ptem superiore3 7 inferiorem de quib9 p ordie3 dd est.

De rōe 7 partibus eius. Cap. xxxx8.

r Atio āt est uis anime. nō solū cognitiua. sed etiam motiua. Ideo āt cū iudicat aliquid esse bonū vel malū: 7 ibi sistit tūc dr cognitiua. Si āt pcedit āplius 7 iudicat bonū vt fiat sic dr motiua. si Xo ad hoc vltimū pcedit vt ñ solū iudicet eē bonū ut fiat. sed ēt id appetit. sic dicitur liberum arbitrium. qm liber

arbitriū apprehēdit rōem ⁊ voluntatē. Rō. prout se hʒ ad bonū particulare diuiditur in partē superiorē ⁊ inferiorem Superior pars diuinis ⁊ eternis intēdit Inferior aūt de transitorijs iudicat. ⁊ ea disponit. Itē superior pars accipit rōes per leges diuinas. vt hoc est faciendum qḋ deus precepit. Pars āt inferior accipit rōnes per leges humanas. ut hoc est faciendū qḋ honestū est vel qꝛ expedit reipub. Itē superior pars rōis dr̄ uis. gaʒ usqꝫ ad contemplationē eternoꝝ. se extendat difert tn̄ ab intellectiua. qꝛ intelligētia negociatur in eternis per modum rōnis vel intentionis. Rō autē non sic. ſʒ conferendo ⁊ rōcinando. Dr̄t autem rō alio modo ab intellectu qm̄ intellect⁹ apprehēdit esse rei absolute. rō autē cuʒ collōne vnius ad alterū. inferior ṽo ps rōnis dicitur, multiplicit que circa res cōporales uersat coniuncta ē sensualitati. ⁊ sepe allicitur ab ea. videt eniʒ semp porrigi pomū sibi. i. illecebrā vicinam. Rō tn̄ inferior ⁊ superior idē sunt in eētia. sed differunt in officiū. Exemplum in oculo sursum ⁊ deorsum aspiciēte.

De aie motiuis. Cap. 49

u Irum motiuaꝝ anime rōnalis est diuisio. Diuiditur eni vis motiua in impatiuaʒ ⁊ cōsiliatricē. ⁊ effectiuam. ⁊ cōsiliatricem simul ⁊ effectiuam. Uis imperatiua ē liberū arbitriū ⁊ synderesis. Consiliatrix est ipsa vero que diuidit̄. in partē superiorem ⁊ inferiorem. Uis affectiua est volūtas que diuiditur in thelesyn. ⁊ bulysim. Uis que siml̄ cōsiliatrix ē ⁊ affectiua est ipse itellectus practicus.

De voluntate. Cap. 50.

i Nter dictas potētias prio dḋ est de volūtate que inter ceteras motiuas est pcipua. cū sit generalis motor oim viriū. Cū. n. itellectus apprehēdit aliquid vt bonū. voluntas imperat viribus affixis ipsis organis. sicut visui ad videndum. auditui ad audiendū. ⁊ sic de alijs sēsibus. Simil'r in motu locali volūtas imperat virtuti animali que est in neruis ⁊ in musculis. ⁊ ita mouet ad ambulādum vel currendū. ⁊ ad huiusmodi similia. ſʒ fallit istud in potētijs anime vegetabilis in quibus voluntas suū imperiuʒ non exercet. Nutritiua ⁊ generatiua. ⁊ augmētatiua. non secundū nostrum arbitriū. ſʒ naturaliter operantur. Uolūtas autē in duas diuiditur partes. s. in thelesiʒ. ⁊ bulisim. i. uolūtatem naturalē. ⁊ deliberatiuam. quarum prima. s. volūtas naturalis dirigitur p̄ synderesim. secḋa vero. s. deliberatiua per rationē. Nota qꝛ voluntas proprie ⁊ stricte est tm̄modo rationabilium. sed large dicitur etiam brutorū esse. improp̄e vero quasi methaphorice. dicit̄ etiā esse uegetabiliū. vnde volūtas primo mō sūpta. s. prout est rōnabilium proprie volūtas dicitur. 2ᵒ modo prout est brutorū vocat̄ proprie desideriū. 3ᵒ mō prout est vegetabilium vocat̄ appetitus inter potentias nulla ē liberior q̄ʒ voluntas. quia nec obligat̄ organo sicut imaginatio ⁊ estimatio. ⁊ huiusmōi nec cogit̄ a bono. sicut itellectus cogitur a vero. Uires autē affixe organis i mutāt necessario imutato organo. qbus omnibus uoluntas caret. vnde ait Aug. Nihil adeo in nostra ptāte est sicut voluntas. Si aūt scire volueris quare voluntas non cogitur a bono sicut intellectus a vero. hec est ratio. qꝛ citra primū. nihil ita bonum qḋ non aliqd imperfectionis hēat. sed aliquid ita verū est. qꝛ nihil falsitatis hʒ. ut in hac propositiōe qḋlibet totum maius est in sua parte. vñ tali vero cogitur itellectus assentire. sed uoluntas nulli bono creato cogitur adherere. itē uoluntas uidetur interdū cogi per iordinatum appetitum. prout voluntas quādoqꝫ trahit hominem. ⁊ aillicit vt bonū spernat et incōmutabile. ⁊ rebus mutabilius adhereat. sed huiusmōi coactione libertas quedam est. vnde Aug⁹. Omne peccatū adeo est voluntarium. quod si nō est voluntariuʒ non est peccatum.

De ſyndereſi. Cap. 51.

ſ Indereſis vis eſt motiua que ſem per nata eſt figi in ſuperioꝛib⁹ naturaliter mouēs ⁊ ſtimulans ad bonuꝫ.⁊ ad boꝛrēs malum.⁊ in iſtis nūq̄ꝫ eſt erraſ neque ſecundū ſindereſim ē peccaſ. Sciendum ꝙ oīs ſindereſis nunq̄ꝫ extinguit totaliter etiaꝫ in abolo ⁊ in dānatis remanet in illis aliqs actus. Sindereſis in quantū ad inſtintum boni.⁊ q̄ꝫtum ad diſplicentiā mali culpe abſolute cōſyderate extincta eſt in diabolo ⁊ in dānatis.ſecundū uero ꝙ culpa cōparatur ad penā ſic nō eſt extincta in illis ſindereſis etiā in hunc modū remanet in pena. Iſa.ca.66 Vermis eoꝝ non moriet. Manet igitur diſplicentiā mali in cōpeꝛatōne ⁊ collōne ad penam.

De conſcientia. Cap. 52

h Oc nomē conſcientia cōponitur ab hac propoſitiōe.cū.⁊ hoc noīe ſcientia.vnde conſcientia dicit duo.ſ.ſciētiam.⁊ ſecundum hoc conſciētia eſt habitus naturalis.non ſolū cognitiuus.ſed ēt motiuuſ.inclinat.n.aīam ad pꝛoſecutionē boni.⁊ fugam mali.alio modo dicit cōſcientia acceptionem ex parte rōnis.qꝺ notatur in hac p̄poſitione cū. Pꝛimo igit mō prout ꝯſcientia includit ſcientiā in ſe hꝫ ſe ſicut ſuperius.⁊ coniungit ſyndereſi.⁊ ſemper ē recta.2⁹ mō coniungit magis rōni.⁊ ſic ſe hꝫ ſicut inferius. hoc mō recipit erroꝛem ⁊ conturbationē.in cōſcientia.n.ex parte inferioꝛi bene pōt accidere erroꝛ. Nā ratio cum conſcientia parti inferioꝛi iungit.et hꝫ verſari circa particularia in quibus ſepe contingit errare.ſicut pꝫ in ſigillo conſcientie in quo ſindereſis ꝓponit maioꝛeꝫ ſic.nullū malum eſſe faciendum.rō aſſumit minoꝛē.ſ.hoc ē malum conſcientiā concludit. ergo nō eſt faciendū. Circa p̄mam nō eſt erroꝛ. Circa ſecundam q̄nq̄ꝫ eſt erroꝛ.⁊ ex hoc falſitaſ in cōcluſione quādoq̄ꝫ oꝛitur. Cauenda ē conſcientia nimis larga ⁊ nimiu ſtricta. Nam pꝛima generat preſūptioneꝫ.ſcꝺa deſperationē.itē pꝛima dicit ſepe maluꝫ bonū.ſcꝺa econtꝛa bonū malū.item pꝛīa ſepe ſaluat damnādū.ſcꝺa ecōtra dānat ſaluandū.nota ꝙ aliud eſt conſcientia.aliud eſt tioꝛ conſcientie.tūc.n.eſt cōſcientia q̄n quis ſententialiter iudicat aliqd eē faciendū vel vitandū.⁊ cōtra talem conſcientiā facere.etiā ſi ſit erronea peccm̄ eſt. Sed cōtra timoꝛeꝫ conſcīe facere non ſēper eſt peccatū.qꝛ talis timoꝛ non ē ſemper ex diffinitiua ſnīa rōis per quaꝫ iudicet ſe teneri ad aliqd.ſꝫ ex eo ꝙ uacillat inter dubia ſciens qd ſit melius. vel ad qd teneatur potius.cū tn̄ non omitteret qcqd ſciret eſſe placitū diuine uolūtati. De conſcia quoq̄ꝫ faciēdū ꝙ q̄nq̄ꝫ reſpicit p̄teritum q̄nq̄ꝫ pn̄s.quādoq̄ꝫ futurū. nā cōſcientia acuſat de p̄terito.remunerat de pn̄ti et pꝛecauet futuro. Pꝛeterita nāq̄ꝫ reſpicit vt quādo ꝯſcientia mentē reprehendit de malo cōmiſſo.vł de bono omiſſo preſentia aūt reſpicit contradicēdo ei cuius ꝑ conſciam hūmus oppoſitum. Futura quoq̄ꝫ reſpicit.vt quādo inſtruit ⁊ ſtimulat mentē ad ea facienda. vel vitāda ad que conſcia ipſa iudicat nos teneri.qꝺ autem cōſcia ſe extendat vt dictū eſt tā ad facta q̄ꝫ ad fienda pōt colligi ex diffinitionib⁹ conſcie que tales ſūt. Ioānes Dama. Conſcia eſt lex intellectus noſtꝛi Baſilius. Conſcia eſt rōnale iudicatoriū Diffinitiones magiſtrales ſt iſte:conſcia eſt cognitio ſui ipſus.itē conſcientia ē habitus animi agendorū.⁊ non agendoꝛuꝫ. itē conſcientia eſt habitus mētis boni ⁊ mali diſcretiuus.itē conſcientia eſt cꝛedulitas intentionē ad aliquid faciendum.uł non faciendū animi ꝺliberatione firmata. Erroꝛ conſcientie octo modis cauſat Pꝛimo ex ignoꝛantia quando ſcilicet neſcit quicquid ſit eligendum vel declinandum. De tali erroꝛe dicitur ſecundo paralipo.20.cum ignoꝛamuſ quid ageꝛe ꝺbeamus hoc ſolum reſidui habemus ut oculi noſtri ad te diligantur.ſecūdo ex negligentia vt cum quis negligit conſciam dī

scutere. vel si nescit se expedire negligit tamen ab alijs querere. 3° ex suꝑbia vt q̄n quis hūiliat intellectū suū vt melioribus ⁊ sapientioribus se velit credeṙ. Cōtra q̄d Ap⁹ scđe corith. io. Captiuantes oēs intellectū vestrū in obsequiū christi hoc ē ꝙ q̄libet in credendis plus dꝫ cōsētire fidei q̄ꝫ sibi. ⁊ in agendis plus dꝫ alijs credere q̄ꝫ sibi. quarto ex singularitate qua hō sequens sensū propriū nō cōformat se aliis nec sequiṫ vias cōes bonorū De his numeri caplo. x. Extrema castrorū cōsumpsit ignis. 5o. ex affectu inordinato q sepe inclinat cōsciam ad id q̄d hō tūc appetit ⁊ sic facit eā a sua rectitudie deuiare. Seneca. Perit omne iudicium cū res transit in affectū. 6⁹. ex pusilanimitate qua quis timet nō timenda scđm rectū iudicium rationis. Jsa. ca. xxx. Dicite pusilanimes cōfortamini ⁊ nolite tiere. 7. ex ꝑplexitate qua hō se, credit esse posituꝫ inter duo peccata. quorū alterū sit ipossibile declinare. Sed sciendum ꝙ ꝑplexitas nihil ē simpliciter. pōt tamen quis eē perplexus scđm quid. i. scđm erroneā consciam qua deposita erit liberatus. 8. ex humilitate. ⁊ cordis puritate. Gregorius bonaꝝ mētium ē, ibi culpas agnoscere vbi culpa non ē. Error primis septē modis acceptus reprehensibilis ē nono vero mō laudabilis est imo nec error dici debet. sed humilis suorū defectuum recognitio dūmodo nō sit nimia.

De operibus anime.

Cap. .53.

a Nima scđm diuersas potentias multas. ⁊ diuersas hꝫ oꝑationes. Jpsa. n. cognoscit verū ꝑ intellectū speclatiū affectat bonā ꝑ intellectum practicū. Discernit āt conferēdo inter bonuꝫ ⁊ malū verum ⁊ falsum ꝑ rōem. Discernit sił ⁊ elegit ꝑ libeꝝ arbitriuꝫ. Cōsētit ꝑ volūtatem. Jnuenit medium ꝑ igeniū stimulat ad bonū ꝑ synderesim. Aia etiā in actibus suis ordinē hꝫ. nam q̄d sēsus ꝑcipit imaginatio repn̄tat. cognitio format ingeniū inuestigat. rō iudicat. memoria seruat. intelligentia apprehēdit. ⁊ ad contemplationē adducit. Aia preterea cognoscit res pn̄tes ꝑ sensū. absentes uero per imaginationem res āt in materia ꝑ pn̄tiam sui. Jn semetipsa autem seipm per reflexionē sui supra se. Anima alios hꝫ actus ꝑtinentes ad corpus. sicut ē vegetare ꝑ ꝟtutem naturalem sentire per uirtutem aialem. ⁊ viuificare ꝑ virtuteꝫ vitalem. de q̄bus oibus dictū est supra.

De quantitate anime.

Cap. .liiii.

a Nima cū sit simplex nō hꝫ quātitatem dimensiuā sed virtualē. vnđ pꝫ ꝙ aia scđꝫ essentiā nō ē in toto corꝑe sꝫ in ꝑte corꝑis detminata. ⁊ tn̄ ꝟtutē influit toto cōꝑi ⁊ ad hoc pōit. Calcidi⁹ exēplū de aranea que i medio telle sue residens sentit quemlibet motū. siue interi⁹ siue exterius in tella factū. Eodē modo aia in centro cordis posita sine sui distentione totū corpus sibi vnitū sensificat viuificat. atq̄ꝫ mouet nec contra simplicitatē anime ē ꝙ diūr tres aie esse. s. vegetabilis. sensibilis. ⁊ rōalis cuius intelligētia suꝑius ē exꝑssa. Aia quoq̄ꝫ lꝫ sit simplex tam scđm Boetiū dr̄t in eo ꝙ est. ⁊ quo ē sicut ⁊ āgelus ⁊ oē creatū. que oia differūt scđm rōem vniuersalis ⁊ ꝑticularis

De immortalitate anime.

Cap. .lv.

dotis dū tn̄ licentiet ei vir discretus ⁊ ho
nestus ⁊ vere sacerdos. 5° ꝓpter necessi
tatē. qꝛ instāte mortis articlo qlibet sacē
dos pōt absoluere. Et peregrini absoluū
tur ab his apd̄ quos sūt. sexto ꝓpˀ defec
tū sui sacerdotis qn̄. s. ē idiota vel ꝓditō
confessionis. vl quādo solet mulieres con
fitētes procari. tūc eni si non iuenit aliquē
qui auctoritatē hēat efficitur ei sacerdos

ꝓprius non glibet. ſꝫ diſcretus ⁊ hone
ſtus ⁊ notus vel ex ordine vel ex ꝑſona.
De ſigillo confeſſionis.
Capitulum. 28.
e A que gerūtur exterius i ſacram̄
tis ſūt ſigna rez que interius con
tingūt. ⁊ideo ꝯfeſſio qua quiſ ſacerdoti ſe
ſubiicit ſignū ē ſuperioritatis, qua qs deo
ſubiicitur. Deus āt pccm̄ illius qui ſe per
pniam ſubiicit tegit. vnde oꝫ ꝺ neceſſita
te ſacri ꝙ ſacerdos celet ꝯfeſſionem. ſūt
⁊ alie huius cellationis vtilitates. qꝛ per
hoc hoies magis ad ꝯfeſſionem attrahū
tur ⁊ ſimplicius pccā ꝯfitentur. ſacerdos
āt non oꝫ tm̄ cellare pccm̄ qꝺ in confeſſi
onem recipit. ſꝫ etiam oia alia ſigna ꝑ que
poſſit peccator vl pccm̄ compͥhendi. pōt
aūt penitens facere ut illꝺ qꝺ ſacerdos ꝑ
pter ꝯfeſſionem ſibi factā ſciebat vt ꝺus
ſcit. ēt vt homo. Et hoc facit dū licentiat
eum ad ꝺꝺ. ⁊ ſi dicit non frāgit ſigillum
ꝯfeſſionis. Si āt querat vtruꝫ id qꝺ ſcit
ſacerdos per ꝯfeſſionē ⁊ ſcit alio mō poſ
ſit reuelare. ſr hoc diuerſe ſūt opiniones
ſꝫ hec ē verior. qꝛ ſiue ſacerdos ſciat illꝺ
pccm̄ āte ꝯfeſſionem ſibi fcām ſiue pꝰ non
tenetur cellare q̄tum ad id qꝺ ſcit vt hō
Nota ꝙ iſte modus dicendi dico tibi i ꝯ
feſſione non clauditur, tale dictū ſigillo
confeſſionis: qꝛ non ſeruat ibi modus con
feſſionis vel ordo.
De ſatiſfactione. Cap. 29.
ſ Icut i bellis ⁊ cōtrouerſiis ꝛſtituta
amicitia non ſtati reſtituit debituꝫ
ꝗlati dāni. Ita poſt remiſſionē culpe i cō
feſſione ſeu ꝯtritione remanet. debitū pe
ne ſatiſfactorie. Iūgit ſacerdos, quedam
ad ſatiſfactionis fundamētū ſic̄ abſtiere a
peccato ⁊ reſtituere ablatū. Quedā ad ſa
tiſfactionis expeditionē vt ē vitare ꝯſor
tia maloꝝ, quedā iiūgit ad ſubāꝫ ſatiſfac
tōis. vt ē ieiunare vigilare dare elemoſy
am peregrinari ⁊ hꝰi opera penalia. que
dā iniūgit ad ſatiſfactionis ꝑfectionem ⁊
ſecuritatē. vt ſi opa ſupererogatōis. Sa
tiſfactio oꝫ reſpondere culpe i tribus. ſ. i
numero. ps. 4. Lauabo ꝑ ſingulaſ nocteſ
⁊c. In pōdere. Aug. Libēter oꝫ facere, i
mortalis futurus quecūqꝫ faceret ꝓ diffe
renda morte moriturus. In. menſura. G.
Tanto tempore oꝫ quis in pnia eſſe, q̄to
fuit i culpa. iſta tria reqruntur in pnia ſe
cūdū conuenientiā non ſcꝺm neceſſitatē.
De ſingulis partibus ſatiſfactiōis in cōi.
Capitulum. 30.
ſ Atiſfactiōis quedam ſūt ꝑtes ꝑn
cipales. ſ. Oratio. Ieiuniū ⁊ elemo
ſynā. Quedā vero ſecūdarie que ad has
reducuntur vt vigilie ꝑegrinationes di
ſcipline. Dicendum ergo ꝙ omnia carnē
affligentia reducūtur ad ieiunium. oia o
pera vero ſpiritualia ad oronem. omnia
autem opa miſericordie ad elemoſynam.
ſufficientia ꝑtium ꝑncipalium pōt accipi
reſpectu termini a quo ē motus ſatiſfac
tionis. qꝛ per ieiuniū reuocamur a cōcupi
ſcentia carnis. per oronem a ſuperbia vi
te. per elemoſynaꝫ a cōcupiſcentia oculo
rū. Alio mō ſumitur iſta ſufficentia ex ꝑ
te termini ad queꝫ fit ſatiſfactio. qꝛ per ie
iunium ordinatur homo in ſeipſo per ele
moſynā ad proximuꝫ. per oronem ad deū
Tertio mō ſumitur hec ſufficentia ex par
te materie ꝺ qua fit. Per elemoſynā eiꝫ
fit ſatiſfactio de bonis ſubſtantie exteri
oris. per ieiunium de bonis corporis. per
orationem de bonis mentis. Quarto mo
do ſumitur hec ſufficientia ex parte mo
dorum ſatiſfaciendi. Fit enim ſatiſfactio
tribus modis. vel per punitioneꝫ vel per
redemptionem. vel per ſupplicationem.
Primuꝫ facimus ieiunādo ſecunduꝫ ele
moſynas danꝰ. tertium orando. quinto ſu
mitur hec ſufficentia ex parte effectus. ꝑ
ſatiſfactionem enim tria magna bona no
bis proueniunt ſcilicet impetratio gratie
remiſſio pene. expurgatio reliquiaruꝫ cul
pe. Ad primū uidetur valere elemoſyna
propter multiplicitatem interceſſorum.
Ad ſecundū ieiunium. Ad tertium orō.
De partibus ſingulis ſatiſfactionis.
Cap. 31.

e Lemosyna dupl'r pōt accipi. aut i
tentōe subleuādi necessitatē proxi
mi. ⁊ sic est opus misericordie. aut intētio
ne recōpensandi ꝓ debito offense diuie.
⁊ sic ē opus iustitie. Unde primo mō pro
prie ꝑtinet ad meritum vite. Secun/
do modo admentis dimissionis pene.
q̄ elyna sic data proprie ē satisfactoria.
De ieiunio quoq̄ sciendū est ꝙ in' carne
duo sūt vnū natura que dꝫ sustentari ⁊
aliud vitium quod debet domari. Jeiu/
nium ergo quod naturā seruat ⁊ vitiū do
mat bonū ē aliud vero n̄. Orō dupl'r hꝫ
fieri. aut pro ipetratione bonorū. ⁊ sic est
pars vel opus contēplatōis aut ꝓ remis
sione malorum ⁊ sic est proprijs pars sa
tisfactionis. De iustificatione ipij. C.32.

i Ustificatio ipij ē motus ab iniusti
tia ad iustitiā. Jn iustificatōe impij
quattuor requirūtur. s. motus liberi arbi
trii contritio ifusio gr̄e ⁊ remissio culpe.
Horū prima duo sūt exparte suscipiētis
alia vero ex ꝑte agentis. Predicta quat
tuor sī sil' tpe n̄ natura. prioritas āt ⁊ po
sterioritas que scd̄m ordinē nature ē re
ducitur aliquo mō ad ordinē cause ⁊ cau
sati. Jnter ista videt hoc ordo cālitat' eē
Causal'r. n. motus liberi arbitrij prior aliis
tribus est. q̄ regritur cōsensus volunta/
tis in hꝰ mutatione. Uolūtas ⁊ liberū ar
bitriū sumūtur hic ꝓ eodē. Propterea
motus iste appellatur motus liberi arbi
trii. Jste vero motus q̄ per liberū arbi/
trium cōsentit deo ut. p̄mo motor vocat
motus fidei. q̄ hꝫ aliquid cognitionis. ⁊
aliquid affectionis sicut fides. Dicamꝰ er
go ꝙ motus liberi arbitrii siue motus fi
dei in deū cāliter ē prior q̄ꝫ motus quo d̄
pccō quis conuertitur. q̄. sicut in gn̄atōe
pcci prior est conuersio q̄ꝫ auersio: cū cō
uersio causet auersionē. ita in eius d̄struc
tione prior ē conuersio ad deū per liber
arbitriū quā auersio a creatura per con
tritionem de peccato. Quod enim primū
est in compositione vltimum est in reso/
lutione. Jsti vero duo motus. s. liberi ar
bitrii ⁊ contritionis sūt priores q̄ꝫ gratia
infundatur. quia sūt causa preparatoria
vt gratia detur. Quāuis enim deus sine
vlla preparatione posset impium iustifi/
care. tamen requiritur preparatō ex ꝑte
nostra quoniaꝫ. sicut requiritur prepara
tio ex parte materie in naturali mutatōe
ad recipiendam formam: Jta in mutatō
ne voluntaria. ⁊ hoc non est ex impoten
tia agentis. sed suscipientis. Alia ratio
est quia in iustificatione peccatoris fit in
troductio vnius forme ⁊ expulsio cōtra
rie. ideo requiruntur predicta due. s. mo
tus liberi arbitrii disponēs ad gratie sus
ceptionem. ⁊ contritio. idest discessio a
peccato disponens ad culpe expulsioneꝫ
Gratia prius infundit q̄ꝫ culpa remittat
sicut in itroductiōe forme prior ē forma
que expellit a parte agentis quā illa que
expellenda ē remoueri possit. Qualiter
autem iustificatio fiat in instanti vel suc
cessiue. nota distinctionem. Potest iusti
ficatio dupl'r accipi sicut ⁊ generatio.
Uno modo vt dicat motum ad iustitiam
cum termino eiusdem' sic fit successiue
quando succedit successiua preparatio.
Alio mō potest accipi solum mō vt dicat
mutationem sine motu. hoc mō fit iustifi
catio in instanti. ⁊ hoc triplici ratione. pri
ma q̄ fit virtute infinita ⁊ simplici que i
mediate operatur. scd̄a est q̄ fit in subō
simplici. s. in mente. tertia est. q̄ ip̄a for/
ma que expellit. s. culpa non prior vel ꝓ
prior ē quam que introducit. s. gr̄a que
oino simplex est. Ad illud qd̄ dic Augꝰ/
ꝙ maius est iustificare ipiū quam creare
celū ⁊ terram dicendū maius ē quātum
ad illud quod fit. q̄ melius ē. sꝫ nō ē quo
ad modum faciendi. Quāuis. n. in iustifi
catione impii fit resistentia formalis. s. cō
trarii ad contrarium non tamen est ibi
resistentia effectiua qua aliquid resistat
agenti. s. deo cuius virtuti nihil resistere
pōt i iustificatōe ipii aliqd ē ex ꝑte dei ⁊
aliqd ex ꝑte pccōris. ⁊ aliqd ex ꝑte ecclie
Ex parte dei duo sūt. s. misericordia que

reatū indulget.⁊ iustitia que emēdata ali
quantulā exigit vel hic vel in purgatorio
hec significatur ꝑ binos discipulos quos
misit dn̄s in oēm locū quo erat ipse vētu
rus.tūc quidē corporaliter.nūc āt ꝑ grāz
spiritualiter Ex ꝑte pccōris sunt ēt duo
s.amor ⁊ dolor.⁊ hi sunt due molle qbus
pccm̄ conterit̄ que scd̄z legē non debent
diabolo i pignore obligari. Ex ꝑte ecclie
simili̇t sūt duo.pmū ē meritū ⁊ precipue
xp̄i qd̄ est iextimabile ⁊ alioꝝ scōrū q fece
rūt oꝑa multa superogationis que oīs sb̄
potāte clauium sūt posita.vt qd̄ minus ē
in uno mēbro ecclesie cōpenset̄ i alio.Un̄
si aliqs nō est mēbꝝ ecclie nō influit i ip̄m
meritū p̄dictū.scd̄m ē indulgentia quam
dat ecclesia ꝑ papā ⁊ ep̄os.tn̄ vt ipsa idul
gentia tm̄ valeat q̄tū sonat.exigit̄ aucto
ritas.⁊ cā.s.cōis vtilitas ex ꝑte dātis.exi
gitur ēt fides formata ⁊ obediētia ex ꝑte
recipientis.hoc est vt soluat illud ꝓpter
quod datur.

De pnia venialiū. Cap. 33

P Enitentia ē remediū institutū ad
expiandū pccm̄ cui debet̄ pēa sen
sibilis que cū debeat̄ pccō non solū
mortali s3 ēt veniali.p3 ꝙ pnia ē remedi
um ꝯtra vtrūq3.q2 nō ē simpliciter de ve
nialibus sed de mortalibꝰ. q2 pnia intro
ducta ē ad reconciliādū amicitiā uel aiam
quā mortale pccm̄ tollit.Licet igr̄ non sit
de uēialibus simplr̄ pnia.tn̄ est accidēs.⁊
hoc est tribꝰ mōis.p̄ͦ.rōne dubij. vt quā
do credūt̄ esse mortalia.2ͦ.rōne statuti.ut
qn̄ homo q tenetur ꝯfiteri semel in āno n̄
habet nisi vēialia.tertio rōe ꝑiculi vt qn̄
uenialis delectatio ad hec ꝓducta ē.ꝙ ni
si hoc se auertat ab ea trahit i mortale.s3
de remissiōe vēialis pcci sciendū ꝙ i duo
bus casibꝰ nō remittit̄.pmus ē si talis hē
at pccm̄ mortale.qm̄ sine mortali nūquā
dimittit̄ veniale.licet ecōtra possit fieri.s
ꝙ mortale dimittat̄ sine vēiali. Cū enim
pccm̄ mortale tollat charitatē q̄ viuiuer
sa delicta oꝑit ꝯstat ꝙ existēti i pccō mō
tali nullū veniale remittit̄. Scd̄s est quā
do volūtas fixa manet i affectu alicuius
pcci determiati uenialis tm̄. quoniā illud
tolli nō pōt. ⁊ hoc multiplici rōne. prima
ē quoniā oē pccm̄ remissione idiget quo
ad duo.s.quo ad culpā ⁊ quo ad penā.sed
non pōt eē.scd̄a remissio sine p̄ma.q2 quā
diu homo culpā h3 debitor ē pene. Cul
pa āt consistit in deordinatiōe volūtatis.
Un̄ voluntas sic manēs ꝑtinax reordia
ri nō pōt. Aliogn duo opposita similis es
sent in eodē.Alia rō ē q2 manente cā non
pōt tolli effectꝰ.s3 volūtas inordinata ad
aliqd ē cā uenialis pcci.vn̄ manēte volū
tate fixa in illo nō remittit̄ ipsum pccūm
ueniale.sciendū ēt ꝙ vnū pccūm vēiale
bn̄ pōt dimitti sine alio q2 pccū3 mortale
qd̄ maioris ē adherētie pōt ēt r̄mitti sine
vēiali. Alia rō ē.q2 pccūm mortale ita do
displicet ꝙ facit ēt ip̄m pccōrē deo displi
cere.s3 vēiale deo displicet cū inordina
tū sit.tn̄ nō facit peccātē deo displicer̄.q2
ꝑ illud nō p̄uatur gratia sed obnubilatur
inquantum eius ꝓcessus ad exteriora im
peditur.⁊ propter vnū veniale non impe
dit qn aliud remitti possit. t̄tia rō ē q2 ve
nialia nō hn̄t connexionē ad inuicē nec a
ꝑte auersionis.q2 non auertūt a sūmo bo
no.nec a ꝑte conuersiōis.⁊ iō vnū dimitti
pōt sine alio. Non ē aūt sic de mortalibus
vbi nō dimittitur vnū sine alio.q2 ꝯnexio
nē hn̄t adinuicē ex ꝑte auersiōis. Q̄dlib3
mortale auertit a deo.licet nō hēat ꝯnexi
onem ex ꝑte conuersiōis. Ex p̄dictis colli
gitur.quia vnu3 mortale non remittitur
sine alio. ꝙ vnum veniale potest remitti
sine alio veniali. Ite3 mortale remittitur
sine veniali sed non veniale sine mortali
cuius duplex ē ratio. Prima est.qa mor
tale ⁊ veniale se habent sicut habitus ⁊
dispositio.sed ablato habitu potest mane
re dispositio ⁊ non econuersio. Secunda
ratio est quia mortale opponitur charita
ti.ueniale autem feruori eius.sed sublata
charitate tollitur ⁊ non econuerso.

Per quid dimittitur peccatū veniale.

a D peccati venialis remissionē nō
exigitur nou⁹ charitatis hitus. sed
sufficit nouus mot⁹. qꝛ pccm̄ nō tollebat
virtutis hitum. sꝫ ipediebat eius actum.
Nota ēt ꝙ pccm̄ veniale nō dimittitur
sine cōtritōe cuius hec ē rō. qꝛ q̄ꝫdiu volū
tas i aliquo veniali fixa manet nunq̄ꝫ di/
mittit̄. sed volentē ab eo auertere quod
quis prius volebat ē displicere ei qđ vo
luit. talis āt displicētia doloꝛ cōtritōis dr̄.
Sꝫ sciendū ꝙ cōtritio pōt accipi triplr̄. s.
actū vel hitu. vel medio mō. Cōtritio in
hitu nō sufficit ad pcci venial' remissiōeꝫ
qꝛ tūc quicūqꝫ pnie uirtutis hitū hēret,
nō possꝫ hr̄e veniale pccm̄. ⁊ sic veniale
pccm̄ nō possꝫ esse cū gr̄a. Cōtritio quoꝫ
i actu nō sēp ꝛ̄quirit̄. qꝛ sequeret̄ ꝙ pccm̄
qđ quis in memoꝛia nō hꝫ remitti nō pos
set. pp hoc requiritur cōtritio medio mō
s. ut pccm̄ displiceat actualr̄ vel explicite
vel iplicite. Dico āt implicite. qꝛ tal' act⁹
nō sufficit. qꝛ displiceret explicite pccm̄
veniale si cognitio ferretur ad illud. No
ta ēt ꝙ tā feruens potest esse motus cha
ritatis in deū ꝙ oia pccā venialia consu/
mit etiam sine actuali cogitatione ipsorū
qꝛ quādo quis feruēter i dūm fertur dis
plicet ei quicquid a deo retardat. ⁊ ita lꝫ
explicite đ peccato veniali non cogitet.
tamē in illo motu conteritur iplicite dis/
plicentia peccati venialis. l' vnius vel oi/
um. Sciēdū ē ꝙ in ꝯtritōe đ venialibus n̄
exigitur ꝓpositū non peccādi venialr̄. si
cut in contritōe đ moꝛtali exigitur. sꝫ suf
ficit ꝙ displiceat ei pccm̄ p̄teritū. ⁊ infir/
mitas qua ad pccm̄ veniale iclinatur quā
uis imunis ab eo eē nō possit. ita tamē ꝙ
volūtas nō maneat fixa in vno veniali qꝛ
illud sic retentū nō dimitteret i cōtritiōe
gn̄ali nec in spāli. ⁊ hec ē rō. qꝛ pccā mor
talia st̄ in potāte nr̄a vt vitētur non solū
singula sꝫ ēt oia. Venialia veꝛo ⁊ si singu
la vitari pn̄t non tam̄ oīa. qđ ex infirmi/
tate contingit nature. Multa st̄ p que tol
luntur pccā venialia que p tria conp̄hen
duntur. Primo st̄ omnia illa que grām ꝯ
ferunt vt oia sacr̄a ecclesie. Scđo sūt illa
quibus impedim̄ta feruoris ⁊ gr̄e tollun
tur. sicut ē aqua bn̄dicta que v̄tutē inimi
ci repꝛimit. ⁊ ep̄al' benedictō ⁊ alia sacra
mētalia. Tertio ē exercitiū humilitat' ex
pte nostra. sicut ē confessio pccōrum orō
dn̄icalis. el'ya. ieiuniū. ⁊ huiusmodi. Et hoꝝ
rō ē. Quia cū venialia dimittātur p fer
uorē charitatis que iplicite vel explicite
continet omnia illa que nata sūt đ se fer
uorē charitatis excitare dicūtur venia
lia peccata dimittere talia vero sunt oia
que predicta sūt. Vn̄đ cum scđm quātita
tem feruoris fit quātitas remissionis. pꝫ
ꝙ prout p enumerata maioꝛ l' minoꝛ exci
tatur feruoꝛ qui iplicite vel explicite con
tritionē continet plura vel pauciora ve
nialia dimittuntur non tamē semper om
nia.

De extrema vnctione. Cap. 35.

m Ediatoꝛ dei ⁊ hoīum non solū vo
cat̄ Jesus inquātū hēt saluare. sꝫ
ēt xp̄s inquātum hēt vnctionis gratiam
in alios diffundere quod significatū fuit
i rege Dauid qui tribus vicibus vnctus
fuit. Primo in domo patris sui in signū
regni futuri. hoc significat vnctionem in
baptismo. Secundo in ebꝛō super iudā. ⁊
postea multa mala habuit hoc significat
vnctionem in confirmatione. Tertio ite
rum in ebꝛon super oēm israel. posthac
in pace regnauit. hoc significat vnctionē
in extremis. De substātia huius sacra
menti sunt quinqꝫ. Primum ē ꝙ vnctio
nem faciens sit sacerdos. Secundum est
intentio debita. Tertium est materia de
bita s. oleum nfirmorum. Quartum est
foꝛma verborum. hoc. s. per istaꝫ vnctio
nem ⁊ cetera. quam foꝛmam differentie
debet inūgēs. quītū ē locus iungendus
qꝛ fit ad oculos ad aures ad nares ad os
ad lumbos. ⁊ ad man⁹. Jn hoc sacram̄to

to forma verborum ē deprecatiua. quia
iſtud ſacramentum videť ualere per ora
tionem eccleſie ⁊ per modū ſuffragij. da
tur enim ad effectum quē homo per pro
pria opera poſſet ꝯſequi ſi eſſet ſanus. un
de nota ꝙ in aliquo ſacramento verboꝝ
forma non eſt i ſola oratione niſi in iſto. di
xit enim Jacobus. Jnducat preſbyteros
⁊ orent ſuper eū. Jn quibuſdam ſacramē
tis in ſola enunciatione uerboꝝ eſt virtuſ
ſicut in baptiſmo. Ait. n. dominus. Jte ba
ptizantes eos nō faciens mentionem de
oratione. Jn aliquo ſacramēto ſcdm quoſ
dam conſiſtit forma in oratione ⁊ enuncia
tione vt in ſacramento penitentie. Con/
ſueuerunt enim confeſſores primo orare
dicentes abſolutionē ⁊ remiſſionem ⁊c. ⁊
poſtea diceř. Abſoluo te. Cū. n. in pccō of
fendať dus eccřia cōtra primū merito fit
orō. ⁊ cōtra ſcdm abſolutio. Jſtud ſacrm
nō datur niſi adultis q pccā venialia uidē
tur hr̄e. cōtra que iſtitutū ē. nec dať aliis
ꝗ̃ infirmis i ꝑiculo mortis cōſtitutis. Sa
nis aūt nō datur hoc ſacrm. qꝛ hn̄t reme
diū pn̄ie paratū. nec dari niſi poſtulanti
bus q deuotōe ſurſū erigūť. ſ3 ſi ſepe in/
firmať qs ad mortē ſepe pōt inungi. ſ3 i
vna iſirmitate nō d3 qs bis inūgi. niſi ea
dē infirmitas vltra ānū protrahať ita ꝙ
i vno āno ꝑꝑ eādem infirmitatē nēo bis
inūgatur. Effectus h9 ſacři multiplex ē.
Primus ē ſanitas duplex. Una ē princi
palis. ſ. liberatio ab iſirmitate ſpūali que
cōtrahitur ꝑ pccōrum veniā qbus aīa effi
citur debilis ad exequendū actum grē ⁊
glřie. Alia ē ſanitas que ē quaſi ſignū ꝓ
ris ſanitatis. ſ. ſanitas corꝑalis. ⁊ hoc ē ue
rū qn̄ ſanitas corꝑaliſ expedit ſanitati ſpi
rituali. Tūc. n. iſtud ſacrm cauſat vtrūq̃
i ſuſcipientibus digne. Jnterdū. n. vtilis
ē ſanitas corꝑalis. ſ. ad meritum glorie cu
mulandū. Ualet ēt ad deuotionē excitan
dā ⁊ ad velociorē tranſitū. Jn hoc ſacřo
ſicut in ceteris tria ſūt. Unū eſt ſcrm tm̄
. ſ. exterior vnctio. Aliud ē res tm̄. ſ. effec
tus duplicis ſanitatis. vt dcm̄ eſt. tertiu3
eſt ſacrm ⁊ res. ſ. quedā vnctio ſpūalis in
terior. ſ. mētis iocunditas ⁊ ſolatium.

De ſacro ordinis. Cap. 36.

q Uinq̃ ſacramēta de qbus dcm̄ ē
pertinēt ad ſtatum ꝑſone. ſed duo
de qbus dicendū ē pertinēt ad cōmune3
ſtatū eccleſie. qꝛ ordo ꝑtinet ad generatō
ne3 ſpūale3 mr̄imoniū xo ad gn̄ationem
carnalē. Ordinē ꝓcedit pria tonſura. qꝛ i
oi tranſitu de ſtatu ad ſtatū cōuenienter i
terponitur aliqua diſpō media. Un̄ in trā
ſitu a ſtatu laicoꝝ ad ſtatum miniſtroꝝ di
cōuenienter pria tonſura iterponiť. Fit
ēt in hac tonſura aliquoꝝ capilloꝝ reſeca
tio in modū corone. qꝛ in miniſteriū illius
aſſumiť cui ſeruire regnare ē. Eſt itaque
duplex ſignū diſtinctu3 i ordinatis. ſ. exte
rius tōſura. ⁊ interius caracter. Ad eē āt
ordinis tōſura nō preexigiť. ſ3 ad bn̄ eſſe.
qꝛ diſpoſitio cōgruitatis ē ipſa tōſura ad
ordinē non neceſſitatis. Hugo de ſancto.
Uic. ordinē ſic deſcribit. Ordo ē ſignacu
lū qōdā in quo ptās ſpūalis tradiť ordina
tis ⁊ officiū. Hic nota ꝙ ſicī i naturalib9 ō
dit ds ſuꝑiora corpa i regimē inferiorū. ſic
et in ſpūalib9 quoſdā poſuit ſuꝑioreſ. quoſ
dam inferioreſ ut illi poteſtatē hēant ſuꝑ
iſtos. ſicut ſūt clerici q preſūt in ſpūalib9
⁊ ꝑncipes ac iudices ſeculares i tp̄alibus
De ſubā huius ſacři ſunt ſex. Primū eſt
ptās ordinātis. qꝛ o3 vt ſit eps. ſcō3 ē ma/
teria. ſ. vnctio i ſacerdotibus. ⁊ tactus il
loru3 que tangēda ſūt i alijs. tertiū eſt for
ma verboꝝ. quartū ē ſexus virilis. qꝛ mu
lier nō recepit caractere3 ordinis. quintū
eſt intētio recta. ſextū ē ꝙ ordinandus ſit
baptizatus. qꝛ baptiſmus ē ianua omniū
ſacřorum. Quoddā eſt hic ſacrm tantum
vt viſibile ſignū quo potās tradi oſtendi
tur. Quoddā eſt res tm̄ ſcilicet grā que
cōfertur digne recipienti. Quoddam eſt
res ⁊ ſacramentū ut caracter. ſeptem ſi
ordines ſcilicet Hoſtiarius. Lector. exor
ciſta. Accolitus. ſubdicanus. Diaconus ⁊
preſbyter q omnium ordinum ē perfectiſ
ſimus ⁊ terminus aliorum Alij ſūt quaſi

7.gradꝰ qbus ascēditur ad thronū solu
tōis. Actꝰ hostiarioꝝ ē, custodire locū cō
seruatōis sacrorū ab excōicatis. Actus
lectorū ē legere ꝓpherias. Actꝰ exorci-
starū ē arcere demones ne dominēt i cor
pore nōdū baptizati.s.p cōiuratōes. Ac
tus accolitoꝝ ē designare lum̄ euangelii
in lumie corporali. Actꝰ sub diaconorum
ē accipe oblationes ab offerētibus easq̄
offere diacono. Legere āt eplas nō ē ac
tus eorū principalis sꝫ cōseqn̄s. actꝰ dia
conorum ē ordinare hostias in altari. Le
gere āt euāgeliū l' predicare ē actus cōse
quens. Actus presbyteroꝝ ē cōsecrare
corpus ⁊ sanguinē xp̄i. ⁊ ē actus pricipal'
alius ē consequens.s.ligare ⁊ soluerē per
quē actū corpus mysticū preꝑatur. vt sit
aptū ⁊ idoneū ad ꝑceptionē corp̄is xp̄i ve
ri. In quolibꝫ ordine caracter iprimit̄. sꝫ
qn̄ fiat nūc dicendū est. Hostiariis quidē
caracter iprimitur qn̄ dat eis clauis ⁊ dr̄
sic agite tāq̄ rōnem d̄o reddituri d̄ rebꝰ
que clauibus istis recludunt ur. Lectori
bꝰ caracter iprimitur cū ep̄s porrigit eis
librū cū debita forma verborū. Exorci
stis vero cū dat eis librū exorcismorum
cū forma verborū. Accolitis āt in verb
que dic ep̄s cū dat eis candelabrū. Sub
diaconus iprimitur qn̄ ep̄s cū forma ver
borū dat eis calicē vacuū ⁊c̄. vasa. quoꝝ
vsus ē iconfectōe eucharistie. Diaconis
⁊ p̄sbyteris iprimitur qn̄ ep̄s iponit ma
nū capiti cū verbis ad hoc statutis. Pre
dictos ordines christus exercuit. hostia
riarū emētes ⁊ vēdentes de tēplo eiecit
Lectoratū cū in medio seniorū librum.
Isaie. aperiens legit in eo. Exorcistatum
qn̄ demoniacos sanauit. Accolitatū qn̄ di
xit ego sū lux mūdi. Subdiaconatū quā
do litheo se precinxit ⁊ pedes lauit disci
pulorū. Diaconatū qn̄ in cena corpus et
sanguinē suū mistrauit discipul' ⁊ dormi
entes ap̄los excitauit. Presbyteratū
qn̄ se in ara crucis obtulit. ⁊ qn̄ in cena
panē ⁊ vinum in corpus ⁊ sanguinem
suum conuertit.

De qualitate ordinandorum. Capitulum. 37

q Ualitas ordināndorū cōsistit i duo
bus.s.ifaciēdis ⁊ euitandis. Faciē
da sūt hec. Sit in moribus pudicus. In
hitu honestus. Cibo ⁊ potu tēꝑatus. Cō
petenter q̄uis nō eminēter l'ratus. Mā
suetus ⁊ modestus. tōsurā d̄ferat clerica
rē. Hospital'. Doctor in predicatōe. Re
sidentiā faciat in ecclesia sua vel bn̄ficio.
Corrector vitiorū ꝑ virgam disciplinę.
Exemplū prebeat bone vite vel fame.
Unicū sufficiat bn̄ficiuꝫ hn̄s aiarū curā
Bonus sit gubernator familie. de neces
sitate clericis vitāda sūt hec. ē Nē crim̄
mortalis pcci. Nō litigiosus. Nō cupidꝰ
Non lusor. Nō negociator. Nō exerceat
venatōes clamosas. nō sit incōtinens. nec
mulieribus coinhitet. non sit in cōmessa
tōibus ⁊ tabernis ⁊ fabulis. non inter sit
spectaculis nisi honestis. Nō imisceat se
negocijs secularibus. Nō dꝫ intēdere hi
strionibus ⁊ ioculatoribus. tabernas nō
dꝫ intrare nisi in itinere. Horas nō dꝫ ne
gligere. Iustum iudicium nō dꝫ uēdere.
Sacra ecclesiastica gratis dare. Si quis
ep̄us nō sit excōicatus vel suspensus vel
irregularis. nō apostata nō sit symōiacus
in ordine vl' beneficio nō sollēniter peni
tens. An̄ ordis susceptionem se quisꝫ per
confessionem preparet. In pccō mortali
non accedat. Primā tonsurā nō negligat
Nullus ordietur nisi examinatō precessa
non accipiātur sil' ordines minores cum
subdiaconatu. nec ēt duo sacri ordines sil'
gradatim. nec per saltuꝫ accipiat quis or
dinē nec ab alieno ep̄o sed a suo nec con
tra ep̄i prohibitōem ⁊ sine titulo nec fur
tiue. Missā i qua ordinatur total'r audiat
⁊ āgat omnia que sunt tāgenda. Unusq̄s
q̄ in susceptione sui ordinis non accedat
nisi licētiatus ⁊ p̄n̄tatus. Ieiunus a ieiu
no accipiat ordines. non accipiantur nec
conferātur ordies nisi tēꝑibus ab eccl'ia
istitut'. Multa sūt que ipediūt ꝓmouen
dū ēt sine culpa. sꝫ non sine cā. nō eniꝫ dꝫ

promoueri ignotus nec bigamus nec neo
phitus nec corpe vitiatus nec d illegitio
thoro natus. nec seruus nec obligatus ad
rōcinia. quoniā repellit ab ordinibus. Ex
predictis pz q dignitas clericalis siue or
dines nō conferūtur a quolibet nec cuili
bet nec in quolibet loco. nec quolibet tpe
nec qualibet hora. sed misse.

De sacro matrimonij.
Capitulum. 38.

M Atrimoniū ē coniunctio maris 7
femine idiuiduaz vite cōsuetudi-
nem retinēs. Matrimoniū per sponsalia
initiatur p consensū aiorum expressū. per
vba de presenti ratificatur. p carnalē co
pulam cōsumatur 7 pficitur. ad hoc āt sci
endū nota q duplex ē perfectio. Prima
ē in esse simpliciter: scda in eē completo.
sicut pz in puero i quo est pfectio qtū ad
eē hois simpliciter sed nō est in eo pfectō
quantū ad eē completum scdm quantita
tē 7 operationē hois. Eodē modo dicen
dū est de matrimonio i quo duplex ē pfe
ctio. prio est que facit mrimoniū. s. consen
sus aiorum p uerba de presenti expressus
7 ad hanc nō exigitur copula carnal. secū
da ē que matrimoniū consūmat. 7 ad hāc
exigitur carnalis copula. bonū matrimo
nij triplex ē. s. fides. vt neuter alieō thoro
maculet. proles vt ad cultū dei nutriatur
sacramentū vt nō dissoluatur. Licet. n. ec
clesia possit pp ipedimenta matrimōij di
uortiuz facere nunqz tn pōt nec dz matri
moniū qd legitime celebratū ē dissoluere
qz quos ds coniūxit hō non pōt qtūcūqz
auctoritatis sit separar. soluit āt mrimoni
uz p mortē. sciendū q duple ē cōiunctio
in mrimonio. 7 duplex ē mors correspon
dens illi. Est. n. coniūctio spūalis p consē
sum aiorz que soluit per mortē spiritualē
qua hō morit mundo p religionis ingres
sū: alia ē coniūctio carnalis p cōmixtionē
sexuum que soluit per mortē corporalez

Est āt causa matrimonij quadruplex. s. ef
ficiens vt cōsensus aiorum p verba de p
senti expssus. Mātialis. vt ipe psone legi
time. Formalis vt bndictio anuli. subarra
tio. 7 huiusmōi. Final duplex est vna pnci
palis: s. prolis pcreatio 7 fornicatiōis eui
tatio. qz mrimonium nō solū in officiū. sed
in remediū institutū fuit. licet fuerit pmo
solū in officiū. Alia est secūdaria 7 illa est
multiplex. vnde vsus. Hostes conciliat. 7
eo discernit heres. bis ligat alma notat.
ius. trāsfert. auget honorē. Quadruplex
distinguit matrimoniū. Primū ē carnale
inter virū 7 mulierez. Secūdum ē mora
le inter deū 7 aiam. Tertiū ē allegoricum
inter xpm 7 ecclesiā. Quartū anagogicū
inter deum 7 aiam in ecclesia triumphan
ti p coniūctionem glorie. pōt quis accede
re ad vxorem suā quattuor de causis. s. cā
prolis. causa reddendi debitū. cā vitande
incontinētie. Istis tribus modis nō ē pec
catū. quarto pōt fieri causa explēde libi
dinis. 7 hoc mō peccatū ē veniale ul mor
talis. Fit aūt pccm in cōiugali coitu qnqz
modis. Unde vsus qnqz modis peccat v
xore maritus abutēs. Tempore. mēte. lo
co. conditione. modo. Nota q vxor dimis
sa propter fornicationē reconciliatur vi
ro multis modis. vnde vsus. vltimo me-
chatur retinet nec concilit. absens prosti
tuit. ius fraus reuocāt mulierem. Tria sūt
ornamenta spōse scilicet ānulus in digito
monile in pectore. corona i capite. primuz
significat operis puritatē. quia i manu ē
opus. Secūdū significat affectus sinceri
tatē. qz in pecctore ē affectus. Tertiū con
templationis claritatē. qz in capite ē per
spicacitas itellectꝰ. Multis de causis bea
ta virgo fuit desponsata uiro. primo ut d
signaret ecclesiam desponsatam christo
secundo vt Joseph testis esset integrri
me castitatis eius. tertio vt per Joseph
origo eius ostenderetur. quia p viros ge
nealogia texitur. Quarto ne infamare-
tur si generaret non habens maritum.

Quinto ne velut incōtinens dānaret. qꝛ de tribu erat sacerdotali. ⁊ tales cōburebāt alie adultere lapidabant. Sexto vt virgo viri solatio sustētaretur. Septimo ut ꝑtus diabolo celaret. Octauo ne iudei xp̄m tāq̄ȝ illegitimū iuste ꝑsequi viderēt Nono ne legi que cōmēdat mrimoniū cōtrariari dn̄s videret. Notādū ꝙ duodeci sūt ipedimēta matrimonij. Vn̄ versus. Error. cōditio. uotū. cognatio. crimē: Cultus dispitas. ius ordo ligamē honestas. Si sis affinis. si forte coire nequibis. Hec sociāda vetāt coniugia iuncta retardāt.

Explicit liber sextus. Incipiunt capitula libri septimi.

Expliciunt capitula. Incipit liber septimus.

De fine mūdi. Cap. i

f Inale iudiciū quedā sūt antecedētia. quedā cōcomitātia. quedā sequentia Antecedētia iudiciū tria sūt. s. pena purgatorii. ecclīe suffragia. ⁊ persecutio ātixp̄i. Cōcomitātia duo sūt. s. cōflagratio mūdi ⁊ resurectio corporū. Cōsequētia duo sūt. s. pena infernalis ⁊ gloria celestis: de quibus per ordinem esse dicendum.

De purgatorio. Cap. 2.

p Urgatorius ignis corporalis est ꝑ quē tantū mō spūs iustorū qui in hac vita nō ipleuerūt penitentiam. neq̄ȝ satisfactionē cōdignā affligūtur. Hi qui sūt in purgatorio spem hn̄t euasiōis. qꝛ sciūt se nō eē in iferno. ⁊ tn̄ ꝑꝑ penarum magnitudinē hoc aliqn̄ non aduertunt. Multe rōnes sūt. qꝛ oportet eē purgatoriū. prima est. qꝛ scd̄m Aug. tria sūt genera hoium. quidā sūt valde mali qbus nō prosūt ecclesie suffragia. quidā valde boni qbus nō sūt necessaria. Quidā nec valde mali nec valde boni q hn̄t venialia. ⁊ his debet pena purgatorii. Scd̄a ē quia sicut sūma bonitas nō patit ꝙ donū remāeat irremuneratū. ita sūma iustitia nō patitur ꝙ malū remaneat ipunitum. Tertia ē qꝛ diuine lucis tāta ē dignitas ꝙ eā soli mūdi oculi cernere pn̄t. Unde oȝ ꝙ quilibet veniat ad munditiā baptismalē anq̄uā cōspectui diuino pn̄tet. quarta est. qꝛ culpa ē offensiua diuine maiestatis ⁊ dānosa ecclesie. ⁊ deformatio in nobis imaginis diuine. Sed offensa reqrit punitionē dānum requirit satisfactioneȝ ⁊ deformatio expurgationē. ꝑꝑ quod necesse ē ꝙ peccato rn̄deat pena vel hic uł alibi. Quita ē ꝙ cōtraria cōtrariis curātur. sed pecc̄m orietur ex delectatione vnde debet ꝑ penā deleri. sexta est qꝛ nulli dȝ negligentia suffragari. sed si non puniretur talis videretur i futuro cōmodū reportare de negligentia pn̄ie dilate. Septima est. qꝛ iustū ē ut spūs qui contē

pro ſūmo ſubiecit ſe īfimo.i.peccato ſub
liciatur poſtea īferioribus.i.penis. Nota
qꝫ anime poſtq̄ fuerint ī igne ſufficiēter
purgate ſtatim euolant ad gloriaꝫ.⁊ hoc
pꝫ multiplici ratiōe. Primo qꝛ poſt pur
gationē nulla remanet ad gloriā diſſimi
litudo in anima. Unde merito illi debet
iungi. Scd̄o qꝛ ianua celi illis ſemper eſt
aperta qui nullū habent obſtaculū. Ter
tio quia neceſſe eſt illos ſpiritus in quibꝰ
ē charitas ſurſū eleuans ⁊ nihil retardāſ
ſurſum eleuari ad gloriā. Quarto qꝛ cuꝫ
deus ſit pronioꝛ ad miſerendū quā ad pu
niendū merito debet purgatos coniunge
re glorie.quos purgandoſ ſubiecit pene.
Quinto qꝛ non punit deus bis in idipſū.
Unde cū iſte ſufficienter ſatiſfecerit in
penis ignium non amplius debet puniri
in dilatione premiorum. Sexto qꝛ poſt
purgationem non dꝫ talis eē in purgato
rio neq̄ in limbo neq̄ in inferno.qꝛ non ē
de numero dānatorū.ergo opoꝛtet eē in
celo.qꝛ.poſt moꝛtē non ſūt alia receptacu
la animarū. Septimo qꝛ efficacioꝛ ē cha
ritas quā iniquitas .ſed iniquitas ſtatim
ducit ad ſupplicia . ergo charitas ſtatim
ducit ad premiū. Octauo.qꝛ ceſſante im
pedimento coꝛpoꝛa grauia ferūtur deoꝛ
ſū ⁊ leuia ſurſū.ſic ⁊ malorū ſpūs remo
to carnis onere ſtatim ferūtur ad locum
ſuppliciorū pp peccati grauitatē. Spūs
vero bonorum ſi non ſit impedimentum
alicuius culpe vel pene debite ſtatim fe
runtur ad locum premiorum.

De acerbitate purgatorij.

Capitulum. 3.

i N purgatoꝛio duplex ē pena. Una
eſt damni decarentia diuine viſio
nis. Alia ſenſuſ de afflictione ignis.⁊ quā
tū ad vtrūq̄.mima pena purgatorij ma
ioꝛ eſt maxima mundi. Iſtud pꝫ de pena
damni.qꝛ affectus de quo deſideratur ſū
mum bonū poſt hanc vitā ab omnibus
ſanctis intenſioꝛ eſt quā aliquis affectus
rei tempoꝛalis in iſta vita maxime cū tē
pus habendi aduenerit.ideo carentia eiꝰ
meleſtius tolleratur. Iſtud etiam pa
tet de pena.ſenſus quia cum doloꝛ nō ſit
eſſentialiter ipſa leſio.ſed leſionis ſenſus
tanto magis dolet anima quāto magis
ſentit ſenſitiuuꝫ aliquid. Ideo ab igne
in ipſa agente maxime affligitur . Ratō
acerbitatis pene purgatorū.hec eſt quia
cum deus magis querat emendam quaꝫ
penam plus ponderat in penitentia vir
tutem bone voluntatis quā penam afflic
tionis . Unde plus ponderat deus modi
cam penam voluntariam in preſenti quā
multo maiorem non ita voluntariam in
futuro. Sicut plus valet modicum auri
quā multum plūbum. Unde opoꝛtet qđ
ibi deficit in voluntate vt hic ſuppleatuꝛ
in acerbitate. De igne qui purgat ani
mas dupliciter eſt loquendum vel quan
tum ad id quod proxime mediate aīmas
affligit.⁊ ſic eſt coꝛporeus. vel quantum
ad id quod pꝛoxime afflixit ⁊ immediate
ſic eſt icoꝛporeus. Primo modo dicitur
ignis vere ſecundo modo ſimilitudinaꝛie
ſicut leo verus . ⁊ leo pictus . Utrumq̄
tangit Gregorium quando dicit. In eo
ardent dum ardorem vident. Ille au
tem ignis coꝛporeus dupliciteꝛ poteſt cō
ſiderari. Primo vt eſt inſtrumentuꝫ na
ture ſic agere poteſt in coꝛpore ⁊ non in
anima. Secundo pꝛout eſt iſtrumentum
diuine iuſtitie ſic agit in animam impri
mendo ſpēm ſuam per quam affligitur
quia violenter illa ſpecie informatur . ſi
cut enim animam ſecundum ordineꝫ na
ture unitur corpori . vt inſtituat vitam .
ſic merito ſecundum oꝛdinem iuſtitie uni
ter igni aquo ſuſcipit penam. Nota quod
demones non puniunt animas in purga
torio.ſed illic eas adducunt vel etiam aſ
ſiſtunt ut cōuniter dicitur. Ex premiſſio
ne tamen dei demones in hac vita quan
doq̄ bonos affligunt. ſed hec eſt ratio :
quia in preſenti datur pugna inter dmo
nem ⁊ hominem qui demon habet in eo

potestatē exercitij. sꝫ post hāc vitam non est sic. Vñ ⁊ aer iste caliginosus ē assignatus demonibus magis pp exercitium q̄ꝫ ꝓpter suppliciū. De locis penalib⁹ vbi sint ⁊ quot requiñ e supra lib⁹. 4°. in c⁹. de descensu xpi ad inferos. Sciendū tñ de loco purgationis ꝙ dupliciter assignatur aut scōm legem cōmunem. ⁊ sic ē i vno loco i pte inferi circa limbū patrum. Aut scōm dispensationē spālem. ⁊ sic purgātur aīe aliquando in locis diuersis in qbus peccauerūt. Hoc autē fit pp aliquam suā reuelationem p suffragia eoꝛuꝫ qbus apparēt in illis locis. vel ēt pp aliquam edificationem uiuētium. Jlle ignis plus vel minus cruciat scōm ꝙ plus vel minus quisqꝫ de criminali secū tulit. Oportet enī ꝙ ꝑus q̄ꝫ facies dei videatur ꝙ ligna fenum stipulam. i. maioꝛa minima mediocra ⁊ vēialia totaliter p cremationē consumant. predicta vero ignis diuersitas nō est ex diuē sitate ignis ardentis seu agētis. sed subiecti patiētis. Sicut sub eodē sole vnus pl⁹ estuat alter minus. vt dicit. G. Necesse ē ūt vt dicit Aug. ꝙ tantū duret dolor quātum heserat amoꝛ. Tanto enim quisqꝫ toꝛquebit diutius quāto affectus venialibus adherebat fortius.

De suffragijs ecclesie. Ca. iiii

Sicut ptinet ad diuine iustitie seueritatē pp venialia puniri eos. Jta pertinet ad bonitatē diuine misericordie eosdē p suffragia eleuari. prosūt ergo suffragia defunctis nō ad meritū vite eterne. sed ad solutōeꝫ pene ⁊ hoc vl' ad penarum mitigationē vel celerioreꝫ liberationem. Sūt āt quattuor modi suffragioꝛū generales ad quos oēs alij reducūtur. s. oꝛatio. ieiuniū. elȳna. ⁊ sacramētū altaris quoꝛum numerus sic accipit. qm̄ defuncti a pena absolui possunt duobus modis. s. p viam gr̄e. ⁊ p viam iustitie. p viā gratie dupliciter. Primo p intercessionē publicā capitis que est i oblatione sacri altaris Secūdo per intercessionem quasi priuatam mēbroꝛum scilicet per oꝛones iustoꝛum. Similiter per viā iustitie dupliciter pmo per modum redemptionis pene scilicet elȳaꝝ largitionē. secūdo per modum solutionis pene. s. in ieiunioꝛum afflictione. Si autem queritur qn̄ incipiat valere defuncto id quod p se fieri mandauit. dicendum ꝙ opus operans. i. meritum auctoris statim prosequitur mortuū de bōis que precepit fieri pro anima sua. Sed nō opus operatū idest fructus ipsius operis vsqꝫ quo fiant qꝛ pꝛimum valet ex merito absoluto. sꝫ scōm ex merito cōditiōali.

Quorum suffragia prosūt. Cap. v

Ad hoc ꝙ valeant suffragia requiritur aliquid ex parte agentis. ⁊ aliquid ex parte moꝛtui recipientis. ex parte agentis requiritur ꝙ sit in charitate ⁊ ꝙ intentionem suam dirigat ad illos quibus vult vt opera sua pꝛoficiant. Distinguendum ē tamen ꝙ suffragia per malū possunt fieri dupliciter. vel vt per auctorem. ⁊ sic non prosūt nisi forte p accidēs scilicet iquantū per elȳnas mali hois excitantur boni pauperes ad oꝛādum pro defunctis. vel vt per ministrū. ⁊ hoc dupliciter. qꝛ vel faciens est vt minister public⁹ dei ⁊ ecclesie. Sicut quando sacerdos malus celebrat missam vel agit exeqas moꝛtuorum. ⁊ talia semper prosūt. quia malitia ministri non nocet operi boni auctoris sicut patet in domio iusto dante elȳnaꝫ p malum. Si vero facit ea vt minister ꝑuate persone existentis tamen in charitate siue defuncti siue alterius etiā talia ꝓsūt quia opus illud licet sit moꝛtuum quo ad ministrum. non tamē quo ad auctorē. Si vero malus minister facit aliqua de mandato eius qui non est in charitate non prosunt. Aliquid etiam exigitur ex parte recipientis ad hoc ꝙ suffragia prosint illi: Pꝛimum est ꝙ ipse sit in charitate. Unde non valet his qui sunt in inferno. quia

sũt a corpe xpi mystico separati. vñ nulla spiritualis influentia peruenit ad eos sicut influentia corporalis non valet membris a corpore ãputatis. Scdm ẽ indigẽtia. Unde nõ valẽt beatis. qꝛ non sunt amplius in via sed in termino. nec possunt ad altiora ascendere. sed potius econuerso illorum suffragia pro sunt nobis vtrũ qꝫ est in his q sunt in purgatorio s. charitas ꝛ indigentia vnde sicut potest hõ satisfacere pro altero viuẽte qui ꝑ se non valet ita põt ẽt pro defũcto. Nota quod suffragia prosũt defunctis. sed magis. ꝛ minus ꝓ diuersitate meritorũ ꝛ mortuorum vel ꝓ qualitate viuorũ q magis solicitantur ꝓ aliqbus qꝫ ꝓ aliis. Illa enim suffragia que spãliter fiũt pro aliquibus plus valẽt ill' qꝫ aliis lꝫ ẽt aliis quodãmõ cõicẽt. Suffragia vo que cõiter pro dfũcto fiũt quãuis pro modulo suo oibus ꝓsint. illis tñ ãplius qui deũ eẽnt in via magis meruerũt vt sibi prodessẽt. quãuis ãt vt dictũ ẽ suffragia ñ prosint ill' qui st in celo. nec illis q sũt in iferno. tñ aliquo mõ prosũt. vñ nota ꝙ valẽt illis qui sũt i purgatorio ꝑ modũ purgatõis valẽt saluat' in celũ ꝑ modũ cõiũctõis. qꝛ multiplicatõ saluãdorũ augmẽtat gl'iam accidentalẽ valẽt ꝛ dãnatis in iferno ꝑ modũ diminutionis. quãto. n. plures saluãtur ꝑ meritũ ecclesie tãto pauciores dãnabũtur ꝛ ita minor erit pena ꝑ subtractionẽ cõsortii illorũ. valẽt ẽt ipsis faciẽtibus ꝑ modũ meriti. qd paruul' defũtis celebrãtur misse mortuorũ. hoc nõ fit ꝑꝑ illorũ indigẽtiã cuꝫ stati euolẽt ad gloriã. sed ꝑꝑ gratiarum actionem.

Utrum indulgentie valeant defunctis

Capitulum. 6.

p Apales indulgẽtie prosũt defunctis i purgatorio. quod pꝫ. qꝛ crux aliqñ dat pro duab⁹ l' tribus l' quattuor vel decẽ aiabus. In ecclia. n. ẽ thesaur⁹ meritorũ tã xpi quã ꝑfectorũ d quo sol⁹ papa q hꝫ claues hui⁹ thesauri pro necessitate eccl'ie põt accipe ꝛ dispẽsare. Alii ãt sicut epi. ñ hẽnt in his ptãtem gñalem sed limitatã ꝛ non nisi ꝑ sũmi pontificis dispensationẽ. Dicẽdũ ergo ꝙ papa proprie ñ absoluit defũctos a pena sed quasi pro eis de cõi thesauro eccl'ie soluit. sicut al'r creditor liberat debitorẽ a debito dũ eũ absoluit. ꝛ al'r ãicus dbitoris dũ ꝓ eo debitũ soluit. sꝫ viuẽtes vtroqꝫ mõ absoluit papa. Illi ãt quibus datur idulgẽtia ñ possũt eã vlterius dare nec viuis nec defũctis. ꝛ hoc duplici rõne. prio. qꝛ indulgentia ñ ẽ donũ col'atiuũ gre. sed ꝑuatiuũ pene priuatõ cũ nihil sit aliis cõlcari nõ põt. Scdo. qꝛ dare indulgẽtiã est auctoritatis ꝛ iurisdictõis quã nõ hñt laici ex eo ꝙ indulgentias ab aliis recipiũt vnde non possunt defunctis impendere indulgentiam per auctoritatem. sed solum boni operis sui suffragium per charitatem papa potest vtruꝫqꝫ.

De aduentu antichristi.

Capitulum. 7.

a Ntequam dominus veniat ad iudicium regni romani fiet destructio. Nam sicut dicit glo. sup. Apoc. prius erit dissẽssio ab vtroque imperio qua completa aderit antichristus. hic ex parentum seminibus concipietur sed p⁹ conceptum descendet spiritus malign⁹ i matris vterum cuius virtute ꝛ operatione deinceps puer nascetur aletur adolescet: propter quod ꝛ filius perditionis vocabitur. Nascetur autem in babylonia de tribu dan. sicut dicit glosa super Apo. post hoc veniet i hierusalem. ꝛ circuncidet se dicẽs iudeis se esse christum illis promissum. vnde plebs iudea specialiter ei adherebit. sicut dicit haymo super Apo. donec Enoc ꝛ helya predicantibus qui ex illis saluandi fuerint

ad xpm revertitur. Angelus bonus deputabitur primo antichristo ad custodiā. s3 q3
do ita obstinabitur in pccō q dicet se esse
deum ⁊ extollet se super oēm id qd dicit
dus aut super oē id quod colitur. colitur
sicut dicit apostolus. tūc prio deseret eū
angelus ex toto. nec habebit eum postmo
dū ad protectionem. sed ad accusationē.

De viat ātichristi.

Cap. 8.

a Atichristus erit luxiriosus ⁊ con/
cupiscibilis feminaꝝ. vt habetur Daniel
ii°. In aperto āt per hypocrisi3 simulabit
sanctitatē vt facilius decipere possit. Cor
suum per superbiā magnificabit. Dani
elis. viii. Et cōtra principē principum con
surget. i. cōtra deum. Et vt dicit glosa su
per Daniel. viii. In tantā eleuabitur su
perbiam. vt leges ⁊ cerimonias mutare
conabitur. vel cursū temporu3. Tāte quo
q3 presumptiōis erit q nō putabit se a dō
puniendum. pp hoc quia iudicium differ
tur. ps. Auferuntur iudicia tua a fa. eius.
Erit ēt blasphemus. sicut i Apoc. 12. dicit
Vn. Daniel. ii°. Aduersus deū deorū lo
quetur. Itē ad maiorem dei contumelia3
faciet imaginem suā adorari. ⁊ oēs suo ca
ractere signari i manu dextera ⁊ fronti/
bus suis: sicut habet in Apoc. Confitebi
tur. n. se verū filiū dei. ⁊ filiu3 hois. ita ut
i tēplo dei sedeat tāquam ipse sit dus. ⁊ se
faciet adorari. Judei nāq3 templu3 quod
romani destruxerunt reedificabunt. Af
firmabit aū se nullum fuisse xpm. Dr in
glo. ad thesalonicēses. 2. q sicut in xpo di
uinitatis plenitudo hitat. ita ⁊ in antixpo
plenitudo ois iniqtatis. quia i ipso erit ca
put oium malorum. i. diabolus.

De modis qbus decipiet.

Capitulum. 9.

m Erito compatur antixps in Geñ.
creasti q est serpens cornutus
q2 quattuor cornibus armabit. s. caulia p
suasione. miraculorum opatione. donoru3
largitione. ⁊ tormentorum exhibitione.
Primus ergo modus subuertēdi hoies
erit calida persuasio. Predicabit eni3 le
gem nouā prauam ⁊ legem xpi pro posse
destruet. Predicatores eni sui discurrēt
per vniuersas partes mūdi. Impedient
quoq3 apli atixpi ne scriptura secundum
veritatem exponatur a catholicis docto
ribus vel a fidelibus audiatur. ipsi āt bo
nos se simulabūt. ⁊ tñ mala suadebūt. Se
cundus modus subuertendi erit per falsa
miracula. q2 per artem magicam faciet il
la. Vnd glosa super Apoc. 13. Magica ar
te faciet statuam loqui ⁊ futura predicet
Faciet. sicut dicitur Apoc. 13. ignem de ce
lo descendere in terram. Glo. i. malignū
spiritum faciet super suos descendere. ut
loquantur varijs linguis. Spiritus enim
malignus descendet in eos in conspectu
hominum. sicut spūs sanctus descendit i
apostolos christi. Vnde iactabūt. se eē iu
stiores apostolis xpi qui spiritum accepe
runt in conclaui: Item per artem magicā
simulabit se mortuum ⁊ feretur a demo
nibus in aera quasi ascenderit in celu3. ⁊
sic putabitur ab hoibus resurrexisse qui
prius mortuus per triduum putabatur. ⁊
tunc mirabuntur populi ⁊ adorabunt at
que laudabunt eum. Ecclesia enim nō fa/
ciet tunc miracula. De hoc modo decipi
endi dicit. ps. Insidiatur in abscōdito qua
si leo in spelunca sua. Glosa. Recte anti
christus comparatur leoni existenti i spe
lunca. quia in eo uis ⁊ dolus operatur. uis
enim per leonem. dolus per speluncam i
telligitur. Greg. Pensemus que erit hu
mane menti illa tentatio quando pius mā
tir ⁊ corpus tormentis subiiciet. ⁊ tamen
tortor ante eius oculos miracula faciet. si
cut enim antichristus finget se a mortuis
resurgere. ita quoque finget se ad celum
ascendere. Apoc. 13. Et plaga mortis eius
curata est. Glo. Arte magica ascendet an
tichristus in aera ferentibus eum demo/
nibus. Faciet arbores cito florere ⁊ are
scere. mare turbari. naturas in diuisas si

figuras mutari mortuos etiã in conspe
ctu hominum suscitabit. Tertio deci/
piet ꝑ munera. Ipse namq̧ antichristus
inueniet thesauros absconditos per quos
ad sequendũ se inclinabit plurimos. Di
tabit enim bonis diuites huius seculi. ⁊
tũc eorum falsam securitatem ad decipi
endũ eos ostendet. Quarto compel/
let per minas ⁊ tormenta quos aliter vin
cere non poterit. Tanta vero sicut ait
dominus tũc erit tribulatio vt in errorẽ
ducantur si fieri potest etiã electi. ⁊ hoc
innuitur in Apoc. vbi dicitur. Pedes
eius similes auricalcho. sicut i camino ar
denti. Per pedes vltima xp̄i membra.
Per caminum vero vehemens tribula
tio designat̃. Exhibebit enim cũcta que
in precedentibus martyribus ipleta sunt
genera tormentorum. sed in illis regio
nib⁹ tunc fideles maxime sũt vexandi ⁊
vehementi⁹ vbi dominus fuit crucifix⁹
Et dicit haymo super Apoc. Illa tẽtatõ
non per partes. sed simul totum exami/
nabit mũdum soluentur enim demones
qui modo ligati sunt. nec possũt nocere
quantum vallent. Fideles illo tempore
nõ predicabũt. quia tanquam excommu
nicati habebũtur tunc boni nec vende/
tur eis nec emetur ab eis. nisi habeant ca
racterem. idest signum aliquod ad litte/
ram. vt adherentes sibi cognoscantur.
⁊ alij interficiantur. Aut nomen bestie. i.
confessionem oris. aut numerũ nominis
eius. idest multiplicationem operũ. vt ha
betur in Apoc. Sicut enim antixp̄s erit
crudelior omnibus persecutorib⁹. ita sã
cti tũc temporis fortioris erũt omnibus
retro martyribus.

De sequentibus antixp̄m.
Capitulũ. x.

P Redictis quattuor modis antichri
st⁹ multos ad se trahet. Unde Apoc. xii.
Cauda ei⁹ trahebat tertiam partem stel
larũ. ⁊ misit eas in terram. trahet aũt ma
los per mũera bonos per tormenta. sim
plices per predicationem ⁊ miracla. qui
enim sancti ⁊ iusti credebantur adhere/
bũt ei pro suo arbitrio volũtatis. Habe
bit secũ malos ⁊ maleficos. reges quoq̧
principes. Unde Apoc. xiii. Uidi de mari
bestiam ascendentem. Glo. idest antixp̄m
habentem capita septem. i. ꝑncipes vni
uersos ⁊ cornua decem. idest eos q impu
gnant decalogum. Nota igitur ꝙ anti
xp̄s veniet in benignitate ⁊ miraculorũ
operatione. ⁊ tũc a iudeis suscipietur qui
ei specialiter adherebũt ad quorũ cõuer
sionem veniet helias ⁊ enoch. ⁊ antichri
stus tũc in apertam persecutionem con
surget.

De Gog ⁊ Magog.
Capitulũ. xi.

D E gog ⁊ magog dicũt quidam ꝙ
sunt decem tribus intra montes
caspios clause. non ita tamẽ qn exire pos
sent si permitterentur. sed non permittũ
tur a regina amazonũ sub cui⁹ regno ⁊
ditione viuũt. Has dicũt iudei i fine exi
turas ⁊ venturas in hierlm ⁊ cũ suo mes
sia ecclesias dstructuras. Alij dicunt
ꝙ per gog ⁊ magog intellr exercitus an
tixp̄i. q in fine seculi veniet expugnare ec
clesiã. Per gog scd̃m glo. illi ⁊ per quos
latenter diabolus persequet̃ fideles desi
gnãtur. Per magog illi per quos apte
ecclesia opprimet̃. vel iidem qui tp̄e anti
xp̄i prius occulte ⁊ post modũ apte eccle
siã persequent̃. Scd̃m Aug. gog refert
ad gẽtes magog ad diabolũ. qr gog iter
pretatur occltatio. ⁊ magog detectio.

De helya ⁊ Enoch.
Capitulũ. xii.

I Nter occultũ aduentũ antixp̄i q ẽ
ꝑ natiuitatẽ ⁊ manifestũ eius aduẽ
tũ qui est per predicationem ⁊ apertam
persecutionem. venient Helyas ⁊ Enoch
⁊ conuertent sicut dicit Malachie vltio
corda prũm in filios glo. qui suscipient fi
dem quam illi habuerunt. vnde ⁊ xp̄iani

⁊ iudei pariter tūc in christi religione con sentient. De eoꝝ predicatione ⁊ scā con uersatiōe dr̄ Apoc.xiº. Dabo duobꝰ testi bus meis.s.helye ⁊ enoch.⁊ prophetabūt .i.predicabūt.iz46.i.tribus ānis sicut ipse xp̄s predicauit amicti saccis. Glo.predicā tes pniam ⁊ exēpluз ondentes hi sūt due oliue ⁊ duo candelabra. glo.i. lumen dan tes alijs. Tandē antixp̄s occidet eos i hie rusalē.⁊ iacebunt corpora eorū in plateis tribus diebus ⁊ tribus noctibus cū dimi dio.qꝛ nullus audebit corpora eorū sepe lire propter metū antixp̄i. Occiso res ãt eorum erūt valde leti ꝑꝑ mortem eorum Post dies tres ⁊ dimidiū resurgent.⁊ eo rum occisores audient vocem talē Hely as.⁊ Enoch ascēdite huc.⁊ ascendent in celum in nube.antichristus regnabit post mortē illorum qndecim diebus.

De duratione huius persecutionis.

Capitulum. iz.

Regnabit antixp̄s sicut dicit glo.su per Apoc.tribus ānis cum dimiº. Unde Dañ.xiiº. Jurabit ãgelus per viuē tem in eternū ꝙ in tempus.s. vnius anni ⁊ tempora.i.duorum annorū.⁊ dimidium tp̄is.i. dimidij anni.glo. Hoc spacio dicit duratura desolatiō antixp̄i. Nisi autē vt dicitur in Math.breuiati fuerūt dies illi non fuisset salua ois caro. Quia eni ⁊ sup bos ⁊ infirmos dicit aspicit ds dies quos similiter malos intulit misericorditer bre uiandos. Dicit glo.super Math. Hec tri bulatio quãto ceteris grauior tanto breui tate moderatior.

De morte antichristi.

Capitulum. i4.

